





DISSERTATIO THEOLOGICA DOGMATICO-POLEMICA.

REGIA  
IESV CHRISTI DOMINI  
MAIESTAS

HANC  
CONTRA  
INTERPRETEM N. T. BEROLINENSEM

ADIVVANTE DOMINI SPIRITU  
PERMITTENTE S. VENERANDO THEOLOGORUM ORDINE

PRAESIDE  
VIRO MAGNIFICO ET REVERENDISSIMO  
DOMINO

IEREMIA FRIDERICO REVSS

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. PRIMARIO, SERENISSIMI WIRTEM.  
BERGIAE DVCIS CONSILIARIO, VNIVERSITATIS TVBINGENSIS  
CANCELLARIO, ECCLESIAE PRAEPOSITO, ET ABBATE  
LAVREACensi,

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO OMNI ET PIETATIS ET  
OBSEQVII CVLTV AETATEM DEVENERANDO

SPECIMINIS LOCO CONSCRIPTAM

IN AVLA NOVA d. XIII. SEPT. 1765.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT  
AVCTOR

IOHANNES SAMVEL HERBORT, *Bietigheimensis*,  
PHILOSOPHIAE ET ARTIVM LIBERALIVM MAGISTER,  
SS. THEOLOGIAE CVLTOR, ILLVSTRIS STIPENDII THEOLOGICKI  
BIBLIOTHECARIVS.

TVBINGAE  
EX OFFICINA SCHRAMMIANA.

DISSESTITIO THEOLOGICO DOGMATICO-POLYMAG

13  
REGIA  
IESA CHRISTI DOMINI  
MATELAS

MANC  
COSTR  
INTERPOLATIONE ET EDITIONIS  
PRAEFADE  
ALIO MUNDUS ET PRAEFATISSIMO  
DODANO

HERMINIUS FREDERICUS REASS

ET  
OMNIA QVIA TERRA VITATI DEANAE  
SACRAVITAS GOOD COMCRIPTA  
VITATI DEANAE TERRA  
TERRA VITATI DEANAE

JOHANNES SAMUEL HINDENBURG  
Bischof von Magdeburg  
THEATRI SECTARIA MAGDEBVRG  
THEATRI SECTARIA MAGDEBVRG  
THEATRI SECTARIA MAGDEBVRG

TURINENSIS  
OCCIDENS - CHERONIMIANA



I. N. I. C. D.

## PRAEFATIO.

S I.

A udax haud paucis & temerarius admodum videri ego possem, qui, primum qualiscumque, quam per hoc ipsum triennium comparaui milii, scientiae theologicae specimen editurus, non dogmatica tantum, atque adeo etiam exegetica, tradere, sed, quod magis videtur esse arduum, polemicum quoque, quem vocant, milii agere sumam. Neque prosector etiam omni ego me culpa conarer ipse liberare, delectatus praecipue semper eorum animis, qui cum Celeb. D. D. ERNESTIO maluerat vera docere, quam falsa refellere, & laudare recta, quam prava arguere, (in Anti-Muratorio p. 9.) si meo ipsius ausu, temere, nemine me ad id faciendum impellente, non propter DEI ac Domini mei Iesu Christi gloriam, sed laudis alieuius ac famae, at quam vanae! apud homines captandae cauffa, ad institutum ego hoc accessisssem. At haec non ita se habere, ab initio statim quemuis harum, qualescumque sint, pagellarum lectorem edocere mihi liceat. Adii ego haud ita pridem, legibus SERENISSIMI DOMINI DVCIS, Nutricii mei Clementissimi, id ita postulantibus, Magnificum Dominum PRAESIDEM meum, Reverendissimum Vniuersitatis nostrae Cancellarium, denotissima Eum mente rogitans, ut, pro constanti Stipendiariorum ad examen theologicum Stuttgardiam proxime vocandorum consuetudine, dissertationem ab Ipso conscriptam sub Eius praefidio defendere mihi publice liceat. Hic, quae est Eius singularis, uti in omnes, ita aduersus me praecipua & maxima, benevolentia ac summa voluntatis propensio,

A

preci-

precibus his meis hand quidem destitutum Se esse significabat, quaerens tamen ex me, annon proprio, quod aiunt, in arte conscribere, & praefide deinceps Ipsi tueri dissertationem ego vellem, addito statim consilio, ut illud ipsum, de quo in lectionibus Ip' e Suis Polemicis & agere iam instituerit, & porro acturus sit, argumentum ego pertractarem. Quamuis vero deinceps & virium, quas bene noui, mearum imbecillitas, & ipsius argumenti gravitas, & aliae etiam haud minoris ponderis rationes detergere me ab instituto tali potuissent ac forsitan etiam debuissent: promptum tamen, diuino fretus, quo semper adhuc frui mihi, indigno licet, contigit, auxilio, praestare T A N T I V I R I consilio, praecepti enim loco mihi erat iucundissimi, obsequium, nullus prorsus dubitani, excitatus etiam exemplo amici mei ac fidalis studiorum, Clar. Dn. M. Schnurreri, qui paucis abhinc mensibus eruditam, eamque etiam polemicam, & scriptum ipse, & masculine tuitus est, dissertationem. Hac igitur ratione superatis, quae dissuadere mihi rem hanc, DEO auspice feliciter nunc peractam, poterant, difficultatibus omnibus, prodit iam haec de Regno Iesu Christi Domini mea commentatio.

## §. II.

Prudenter, & ad temporum, in quibus nos hodie viuimus, rationes valde adcommodate, Max. Rev. Dn. Z I M M E R M A N N V S, Archidiaconus Hamburgensis in praefatione libelli sui, hoc ipso anno Hamburgi in lucem editi: *Betrachtungen über den Verstand und die Folgen der ersten Drohung Gottes &c*, monet, optabile esse, ut plures ad propugnandam coelstem veritatem se adcingerent, ea quidem ratione, ut singuli peculiarem quamdam eorum, qui nunc in veritatis detrimentum tam audaces ac proterui prodeunt, opinionem eo adcuratori subiicerent examini: quo ex instituto, sapienti sane, quantum sit utilitatis redundaturum, uberius ibi solide ac grauiter commonstrat. Neque tamen is ego nunc sum, aut videri etiam volo, qui huic Virorum eruditorum agmini adnumerari cupiam, & tenui hoc meo specimine arduam hanc de Christi Regno doctrinam vel solide fatis demonstratam, vel ab aduersarii, contra quem pugno, telis sufficienter vindicatam, vel adversus aliorum etiam, qui posthac insurrecti sunt, oppugnationes ita ut par est firmiter praemunitam, dedisse existimem. Pro viribus, quidquid potui, egi: erunt, post me, alii, qui, valentiores me doctioresque, defectus, quotcumque illi & quanticumque sint, supplebunt, & negotium hoc grauissimum maximique omnino momenti perficiant.

Mea

Mea vero haec opella duabus constabit partibus, prout ex ipsa differentiationis huius inscriptione sponte patefecit.

## S. III.

Antea vero, quam ipsam, de qua acturus sum, rem adgredior, haud fore supervacaneum arbitror, monuisse, me integrum illam de persona Iesu Christi Θεοῦ πατρὸς doctrinam, utpote in clarissimis Scripturae Sacrae dictis optime fundatam, & a quam plurimis, iisque magni prorsus nominis, Theologis dudum demonstratam, atque a peruerfis, quibus labefactare illam & euertere penitus cum Anti-Trinitarii omnes, tum praecipue qui a Socino nomen fortiti sunt suum, conati sunt, detorsionibus liberatam vindicatamque (1), hoc quidem loco supponere, neque adeo in eam excurrere Regni Christo competentis considerationem, qua *naturale* Ei atque essentiale regnum & independens in omnia imperium, ut DEI Filio, rectissime adscribitur. Subsistam ego in solo illo Christi, ut Salvatoris mundi Mediatorisque, DEI caussam erga nos atque erga DEVm nostram agentis, regno, quod inde ipsum etiam, apto nomine, *mediatorium* nuncupatur vel oeconomicum. Regat me Dominus noster Iesus Christus, Rex caelorum pariter atque terrarum, Spiritu Suo sanctissimo, ut, quae de Regno Ipsiis, adeo illo nobis salutari & solatii pleno, differere heic mihi licebit, cedant in Sanctissimi Sui nominis gloriam, & in regni Ipsiis longe latęque patentis incrementum laetissimum!

(1) Recentissimi, qui argumentum hoc gravissimum dilucidarunt & grauiter solideque pertractarunt, auctores sunt S. R. D. D. COTTA, Patronus ac Praeceptor meus aetatem colendissimus, in *Dissertationum*, Gerhardi Locor. Theol. quorum splendidam Ille editionem adornandam suscepit, Tomo IVto praemiflarum, prima, de Christo, redemptore hominum, imprimis §. XI. & §§. XVII-XIX. XXXI-XLIV. Celeb. D. Prof. CLEMM in der *Vollständigen Einleitung in die Religion und gesammte Theologie*. III. B. I. St. §. 23-68. nec non Betrachtungen über die Religion P. II. XXXV. Betr. p. 491-521. Vener. Dn. Andr. Gottl. MASCH in der *Lehre von Iesu Christo dem Erlöser*. I. Tb. II. Abschn. p. 172-282. Tocco alios, quorum ingentem copiam in his ipsis, quae allegauit, scriptis citram inuenire est.

## PARS PRIOR

SINCERAM DE REGNO CHRISTI DOCTRINAM  
CONTINENS.

## S. IV.

Mediatorium, quod a Patre Christo demandatum ab aeterno erat, officium, tria complecti, distincta quidem inter se, neque tamen um-

A 2

quam

quam a se ita separata , ut non semper se mutuo immeauerint ac per-  
fecerint , munera , Sacerdotale , Propheticum , Regium , rectius equi-  
dem naturae , quam tempor s , ordinem respici putem ( 2 ) , tum ex no-  
minibus , Christum in Sacris Litteris & V . & N . T . designantibus , tum  
vero etiam ex ipsa officii illius administratione , triplici omnino ratio-  
ne peracta , a plerisque Theologis rectissime adseritur . Christus enim ,  
ait b . D . TELLERVS in Dav . Hollazii Examine Theologico Aeroamatati-  
o , p . 729 . mediatorum inter DEVM atque homines sese praestitit , 1 ) par-  
tes dissidentes , DEVM & homines , cruenta victima sua paculatori inter se  
conciliando , ac deinde sua apud DEVM depreciatione hominum salutem ad-  
PLICANDAM procurando ( id quod est Sacerdotalis manus ) ; 2 ) diuinæ voluntatis  
decreta hominibus patefaciendo ( hoc est Doctoris suis Prophetæ ) ;  
3 ) fructum divinae gratiae hominibus impertiendo , hominumque animos ad  
obsequium flectendo , immorigeros autem & conuinceres coerendo ac punien-  
do ( atque hoc est Regio muneri tribuendum ) . Idem hoc etiam bene ex-  
preflit b . D . BVDDEVIS in Inslit . Theol . Dogm . p . 806 . sq . Addantur  
loca Ps . CX . 4 . XL . 7 . 8 . Ies . XLII . 1 - 9 . LIII . Hebr . III . 1 . IV . 14 .  
V . 6 . VI . 20 . VII . 17 . 21 . 26 . VIII . 1 - 3 . X . 2 . Deut . XIII . 15 .  
18 . 19 . Matth . III . 17 . XVII . 5 . Ioh . V . 47 . I . 18 . Luc . XXIV .  
19 . IV . 18 . 19 . Hebr . II . 3 . Plura dant libri dogmatici . Sunt tamen ,  
quibus etiam b . GERHARDVS est accensendus , Loc . Theol . Tom . III .  
p . 577 . ed . nov . , qui reuocari ad duo membra illud posse existimant ,  
ita , ut duplex Christi statnatur officium : Sacerdotale & Regium , pro-  
pheticò munere ad prius illud relato , quod Sacerdotum erat , praeter  
alias munera sui partes , etiam docere populum ; meliore certe id fa-  
cientes mente , quam Sociniani , qui Sacerdotale & Regium coniunge-  
re & unum idemque officium efficere ausi sunt , qua de re paucula  
quaedam infra adnotabo .

( 2 ) Singulorum munerum horum exercitia ita sibi invicem innexa fuere , ut non tam  
tempore , quam natura , distinguenda sint : ait Herm . WITSIVS , V . D . in Exer-  
citu . S . in Symb . Apost . Exerc . X . § . 12 . p . 143 .

### § . V .

His iam præmissis ad ipsam thematis mei de Regno Christi expo-  
sitionem proprius accedere mihi licet . Huius vero Christo Iesu Sal-  
vatori nostro Optimo competentis regni & exsistentiam & indolem &  
adjuncta quam plurima probabo illustraboque . Rex cum in genere di-  
ci soleat is , cui ius competit supremum ac potestas constituendi res  
multitudinis e salute ciuium ; vel ex ipsa hac vocis notione , omnibus usi-  
tata ,

tata, satis demonstrari posse putem, Iesum Mediatorem nostrum ac Redemptorem exoptatissimum, regio etiam esse munere conspicuum. At vero extra Scripturam euagari, & ex notionibus philosophicis, a priōri, quod aiunt, argumentari. & animus mihi non est, neque tutum ego & Theologis admodum esse dignum, autumo. Hinc ex claris potius Scripturæ Sacrae oraculis id ipsum euidenter, perspicue, solide, atque ita demonstrabo ut, qui vocibus ac significationibus, ex linguis humanis, modoque loquendi hominibus ultato, petitis, Scriptores Sacros in conscribendo DEI verbo usos fuisse concellerit, conuinci omnino de veritate hac queat longe saluberrima.

## §. VI.

*Regiam* itaque, eamque veri nominis talem, *Majestatem*, dignitatem, ac potentiam, Christo, Mediatori ac Salvatori nostro Perfectissimo, non posse non tribui concedique, Sacrae Litterae, cum Veteris, quod nuncupatur, tum Novi Testamenti, clarissime, innumeris fere in locis, abunde declarant & commonstrant. In illius quidem, Veteris Testamenti, diuinis libris tam aperte promissus Messias ut futurus Rex praesignificatus est, ut haec ipsa de regno Messiae testimonia luculentissima in causa fere sint unice, cui Iudaei quam plurimi, sinistre illa interpretati, Iesum, Mariae filium, esse illum a DEO per tot saecula promissum Messiam, & olim inficias iuerint, & hodienum praefracte negare perleuerent. *Conf. supra laudata Dissertatio S. R. D. D. Co-  
TAE §§. IV. V.* Cum vero Sapientiae divinae, reiecto primum, de reparanda hominibus quam peccando amiserant, salute, voluntatis diuinæ mysterio (Gen. I, 1, 15.), visum fuerit, *quouis deinceps tempore eo lucis gradu, quem & qualibet humani generis aetas & eo onomiae diuinæ sapientissime constitutæ ratio ferebat, ostendere Redemptorem & delineare* (ita egregie docet Magnificus Dominus PRAESES in primis, quas duobus abhinc annis edidit, *Theologiae Propheticae Lineis*, §. I.); non ab initio statim, sed ultimo denum loco, hoc, regium, Messiae munus a DEO revelatum est & scripto consignatum. Davidi nimirum, quem hac ipsa in re typum Messiae ex DEI voluntate geffisse in aprico est, fatente vel ipso Illustri Viro I. D. MICHAELIS, (3) qui certe in concedendis V. T. typis non nimis liberalis est, Davidi, inquam, primo de Rege hoc deque Eius Regno dictum esse quouis adcuratus & ordini etiam rerum a DEO reuelatarum & magis subinde magisque declaratarum intentus lector V. T. facile, arbitror, largietur. Licet enim oraculum illud moribundi iam ac Spiritu prophetiae illa ipsa mortis suae hora

hora impleti Iacobi Gen. XLIX, 10. obuerti mihi posse videatur, ut pote in quo Christo, ex tribu Iuda oriundo, uni illi salutis ac felicitatis verae fonti & auctori gentes in obsequium concessuras esse praedicatur, & nomen Schiloh tranquillatorem, pacificatorem, designare multis videtur; non tamen equidem probare sustinuerim, praeferimus cum non tam officium ac munus, quam tempus potius aduentus Messiae a Iacobo heic una cum *t ibu*, ex qua oriturus sit, definitur, primam de regno Messiae promissionem hoc in loco esse quaerendam. Praeterquam enim, quod vox Schiloh dubium admodum habeat significatum, & hodieque, cuius sit originis,

*Grammatici certent & adhuc sub iudice lis sit,*

de quo diuersissimae illius a diuersis interpretibus excogitatae deriuations abunde testantur (4): ipsum etiam nomen ﴿שְׁלֹחַ﴾, a radice Arabica ﴿שְׁלֹחַ﴾, paruit, obediuit (vid. GOLII Lex. Arab. p. 2721.) derivatum, obsequium quidem & obedientiam denotat, sed non illam praecise, quam regibus debent subditi ciues. Maiori cum veri specie provocaueris contra me ad Hamae, propheticus Spiritus virtute precantis, verba: 1 Sam. II, 10., ubi & Regis & Messiae nomen prima de Christo vice occurunt. Enimuero non erat ista sollemnis, qualem res haec grauissima postulare omnino videtur, & publica per diuinum vatem facta promulgatio ac promissio, neque tamen diu vaticinium hoc ab ea, quam ego innuo, sollempniori illustrique promissione abberat. Quemadmodum itaque Abrahamo *semen* promittebatur, per quod in omnes terrae populos manatura sit benedictio (Gen XII, 3. XIII, 18. XXII, 18. & XXI X, 14.): ita Davidi regi promissio data est, *Regem* futurum esse Messiam, & ex ipsius quidem familia nasciturum; cuius egregius statim typus existere debuit Salomo, Davidis filius & successor (2 Sam. VII, 13-16. coll. I Paralip. XIII, 17.). Ut iam igitur ex ingenti de Regno Christi testimoniorum fegete praecipua tantum adlegem, referenda omnino huc sunt loca Pi. II, 2. 6 lqq. VIII. XIII, 51. XXII, 29. XXIV. XLV. XLVII. LXIII. LXXXII. LXXXIX. XCIII. XCIV-XCIX. CX. CXXXII, 13 lqq. CXLIX. Ies. IX, 6. 7. XI, 1 lqq. XXV, 9. XXXII, 1. LII, 7. LV, 4. Ierem. XXIII, 5. XXX, 9. 21. XXXIII, 14 fs. Ezech. XXXIV, 23 lqq. XXXVII, 25. Dan. VII, 14. IX, 25. Hof. III, 5. Mich. II, 13. V, 1. 3. Zach. VI, 13. (5) IX, 9 sq. Mal. III, 1. Quae & similia loca de alio quopiam, quam promissio Messiae, interpretari, tam est absurdum, quam quod absurdissimum: cuius tamen mei adserti veritatem certissimam,

a multis contra Grotium & eiusdem cum eo indolis homines, quemuis potius regem terrestrem vel alium hominem deprehendere in illis sibi visos, satis superque dudum probatam (6), mihi hoc quidem loco supponere tuto licet. Pergo itaque ad ea de regno Christi diuina testimonia, quae Nouum nobis suppeditat Testame<sup>ntum</sup>.

(3) Vid. I. D. MICHAELIS *Entwurf der typischen Gottesgelandtheit.* p. 29. sq.  
& 171. edit. 1753. It addatur omnino Ven. Nostratis Ph. Fr. HILLERI  
*Neues System aller Vorbilder &c.* p. 686 sqq.

(4) Evoluantur Magnis. Dn. PRAESIDIS *Theol. Prophet. primae lineae*, §. XXXVII.  
Matth. HILLERI *Onom.* S. P. II. p. 931. *Syntagm. Hermen.* p. 223 sq. *Diss.*  
*de Schilo.* Ioh. SIMONIS *Arcan. Form. Sct. II. Cap. IV.* p. 131 sq. & *Onomast.*  
V. T. p. 356. Qui Viri omnes locis citatis complures alios hue pertinentes no-  
minarunt, quos ibi videois.

(5) Nemo hanc locum adecuratus, solidius, secundius, pleniusque pertractavit,  
quam Magnificus Dn. PRAESES in *Differit. tribus Iub.* 1758. editis, quibus  
illustre hoc oraculum Zacharianum explanavit.

(6) Fecit id in primis Abrah. CALOVVS in *Bibliis Illustratis*, in quibus prae-  
cipue etiam id. egit Vir doctissimus laboriosissimusque, ut oracula prophetica de  
Christo Eiusque regno ex instituto adsereret: prout id titulus huius libri pro-  
mittit & inspectio libri quemuis docet. Summa etiam cum volupitate animique  
gratitudine memini, ea V. T. loca, quae in N. T. de Christo expresse expli-  
cantur, ab accommodationibus, adlusionibus, allegoricisque interpretationibus,  
Socinianorum, Arminianorum, Eniedini, Rich. Simonii, Clerici, ut & a cor-  
ruptionibus textus hebraici, quas Guil. Whistonus probare adnitus est, vindica-  
ta & tum quoad collationem tum quoad adlicationem textuum dilucidata audi-  
re ex ore doctissimo S. R. arque Excell. Dni Prof. Imman. HOFFMANNI,  
Patroni ac Praeceptoris olim mei pie, quoad vixero, colendi: quod egregium  
& omni mea laude maius critico-exegeticum opus ut typis exscriptum in publi-  
cam edere lucem placeret viro Doctilimo, multi saepe mecum optarunt.

## §. VII.

Et heic quidem primo statim loco ea in medium proferre me oportet  
loca, in quibus Dominus ac Rex aeternus, a Patre constitutus  
(Pf. II, 6.) Iesus Christus Ipse talem Se esse profitetur, vel nomen re-  
gium Sibi impertiendo vel actiones de Se regias praedicando. Legantur  
hoc confilio loca Matth. V. 35. IX. 38. X. 25. XI. 27. XXI. 3. XXII. 2.  
45. XXIV. 42. XXV. 34. XXIX. 18. Luc. VI. 5. 46. Ioh. XI. 1. 14.  
XIX. 37. II Cor. XII. 9. Apoc. I. 18 II. 1. 26-28. III. 7. 2. XXII.  
12. 16. Matth. IV. 19. IX. 6. XIII. 41. XVI. 27. XIX. 28. XXIV.  
30. 31. XXV. 31. XXVI. 64. Marc. XVI. 15. coll. v. 19. 20.  
Quae quidem loca, una cum iis, quae antea citata fuerunt quaeque  
citan-

citanda postea erunt, ut & euoluantur singula & penitus ponderentur atque expendantur, benevolum lectorum etiam atque etiam rogito. His vero, quae adhuc vidiimus, cum Patris de Filio, tum Filii, Salvatoris nostri Dulcissimi, de Se Ipso, testimonis addere nunc possumus innumera prope alia, idem illud, Christum Regem, comprobantia partim a testibus, qui in caelis degunt, partim ab hominibus in terra versatis, cum summa aduersus Christum reverentia ac submissione prolati. Ita quatuor illa *ζώα*, una cum XXIV. Senioribus, maiestatem Agno ac dignitatem regiam tribuunt Apoc. V, 8. 14, idem faciunt caelites omnes, ibid. & Apoc. XI 15. XII. IO. XIV, 1-3. & angeli Apoc. XVII, 14. Luc. I, 32. 33. II, 11. Matth. XXIIX, 6. Act I, 11. Et quam magnificae appellations, quam potens imperium, caelum terraque complectens ac prorsus illimitatum, quam splendidae non nisi Regi ac Domino competentes actiones, taceo cultum & adoracionis & invocationis, Ei, & cum in terris adhuc visibilis versaretur, & posteaquam ad dextram Patris in throno maiestatis confedit, praestitum, in omnibus fere paginis N. T. Christo tribuuntur? Legantur modo ex numero dictorum hoc pertinentium multitudine loca: Matth. III, 3. VII, 21. Marc. XVI, 19. Luc X, 1. XXI<sup>11</sup>, 42. Act. II, 36. VII, 59. 60. IX, 13. 27. 28. 35. X, 36. XV, 11. XVII, 2. Rom. XV. 6. I Cor. I, 7-9. II, 8. VIII, 6. X<sup>v</sup>, 24. 47. I Cor. III, 16. IV, 5. Eph. VI, 7. Phil. IV, 5. Col. I, 13. II Tim IV, 18. Hebr. II, 3. 9. VII, 1-3. II Ioh. v. 3. Apoc. I, 8. XIX, 16. Matth. VIII, 9. Act. III, 21. Rom. VIII, 34. IX, 5. XV, 12. Eph. I, 20 sqq. Marc I, 25. Act. IX, 34. XX, 24. X, 42. I Cor. IV, 5. Eph IV, 10. 11. Phil. III, 21. Matth. XX, 20. Luc. XXIV, 52. Act. XIX, 17. XX, 19. 21. Rom. I, 7. I Cor. I, 3. Rom. XIV, 8. His, quae adduximus, locis rite consideratis, immo obiter tantum perlectis, qui regnum gloriosum agnoscere ac Regem Christum videre nolit, nae is, cum vel caeco id adpareat, apertis oculis Solem non videt, quando dudum

*Surgere coepit*

*Oceano, & toto flamas diffundere caelo.*

Obs. i. Nomen *Dominus*, de Christo, variam in N. T. habet significacionem, pro rerum, temporum, & loquentium, varietate. *Homines*, inter quos ambulabat, *Eum sic adpellauerunt, pro diuersis fidei suae captu.* Apostoli & fideles deinceps saepe simul spectarunt *Eius dominationem & potestatem in suos & in omnia, in ipso etiam statu exinanitionis, sed magis, in statu exaltationis.* Ita Illustris Nostras

Theo-

Theologus, b. D. BENGELIUS in *Quom. ad Matth.* III, 3. p. 32. Idem  
hic Vir incomparabilis & eruditio[n]is & animi libro cit. p. 1255.  
*absoluta*, ait, *undi* (Christi, Melliae) *adpellatio non nisi Regem de-*  
*notat*; immo: *quotiescumque in Scriptura Messias memoratur, regnum*  
*Eius spectatur. Rex antonomastice dicitur Christus.*

Obs. 2. Locutiones aequae ac voces in citatis Scripturae dictis occurunt,  
quae, ambiguae multis visae, & perperam a multis explicatae,  
vindiciis omnino & iusta opus habent interpretatione: dabitur ve-  
ro in altera dissertationis huius parte occasio amplissima atque  
opportuna, huic quoque, quod incumbere mihi sentio, officio  
satis quod est faciendi.

### S. VIII.

Nulli itaque nunc, arbitror, dubio, iusto certe & rationi idoneae  
innixo, locum amplius relinquit sequens argumentatio generalis: Quem-  
cumque DEVS ipse, cum immediate, tum mediate per legatos ac seruos  
suis, Dominum & Regem constituit, declarauit, nuncupauit, partibus Ei,  
qua ad officium Regis spectant, omnibus demandatis; quicumque de Se  
Ipso publice & saepissime & constanter professus est, omnia a Patre sibi  
esse tradita, Dominum Se esse vel ipsius Sabbati, iudicium omnium & ho-  
minum & laporum angelorum uniuersale nouissimum a Patre ad Se ef-  
fe delatum, Regem Se esse, immo omnem in caelo & in terra datam  
Sibi potestatem esse, hisque de Se Suis adsertis per opera diuina, mira-  
cula puto, sua ipsius auctoritate, ad confirmanda illa ipsa, quae magni-  
ficentissime atque excellentissime competere Sibi adseuerabat, perpe-  
trata, fidem irrefragabiliter fecit; cuicunque porro, constanti Scrip-  
turae tenore, Regis ac Domini nomen, imperium omnipotens & nul-  
lis circumscriptum limitibus, actus regii, nunc ab hominibus, sensu  
potentiae & maiestatis Eius tactis imbutisque, nunc ab apostolis, DEI  
Spiritu actis DEI que ipsius verba elocutis, nunc ab aliis, iisque & be-  
atissimis & excellentissimis, spiritibus, adscribuntur, cultusque & ho-  
nor ob id ipsum exhibetur; cuiuscumque tandem regnum verbis claris-  
simis magnificentissime describitur & symbolicis quoque actionibus nec  
non per typos illustres, DEO ita iubente atque efficiente, represe[n]ta-  
tur: is Rex est & Dominus, non metaphorice vel ex stili Orientali stan-  
tum indole, sic dictus, sed vere, proprie, exochice, talis. Quae omnia  
& singula cum vi §§ VI. VII. in Iesum Christum, Saluatorem no-  
strum longe Exoptatissimum, perfectissime atque unice cadant; demon-  
strata

strata erit, puto, regia Eius potentia, dignitas ac maiestas, & sano quidem sensu, referre huc verissime licebit illud *Palingenii in Pisibus:*

*Vt sitas inter multo nitidissimus est Sol:  
Sic inter diuos lucet Rex ille deorum.*

### § IX.

Hoc Christi Iesu, Domini ac Regis Summi, regnum totam rerum omnium universitatem, caelos terraque, angelos aequae ac homines, cum creaturis vel rationis vel vitas expertibus, complectitur, adeoque non est nisi *unum*. I Cor. XV, 25. 27. Eph. I, 20. 21. Matth. XXIX, 18. Christus dicitur ο κυριος υπερ των θαυμων, & actus Eius regni non videntur esse dispescendi, seu alii ad hoc, alii ad aliud, Eius regnum referendi. Omnia tendunt ad unum, Gloriam Patris & Christi. Cum vero, quod exinde patescit, maxima sit ciuium ac subditorum Regi huic uni subiectorum diuersitas, adeoque etiam praecipuas eiusdem huius regni partes administrandi ratio non sit una eademque, sed admodum variet: haud inepta est illa Theologorum ad unum fere omnium locutio, in ipsis etiam Sacris litteris satis superque fundata, qua *triplex* esse dicitur Iesu Christi Domini regnum: *naturae* unum seu potentiae, alterum *gratiarum*, ac tertium denique *gloriae*. Conferri hacte re quam maxime merentur, quae ex D. Ferd. LICHTSCHEIDII, anno 1707 definiti, oratione sacra von der reinen Absicht auf die Seeligkeit adulst Vener. Dn. OETTINGERIS in der Einleitung zu dem Neu-testamentlichen Gebrauch der Psalmen Davids p. 14-23. Consentit cum istis Lichtscheidii cogitationis S. R D. D. SATORIUS, quo & Patrono meo summo & Praeceptore quoque doctissimo maxima animi deuotione suspicioendo uti mihi licet, quando in Positionibus Theologicis §. 43. p. 213. scribit: *divisio in regnum potentiae, gratiae, & gloriae, non triplex regnum, sed triplicem modum eius administrandi, pro subditorum, qui ei subsunt, statu vario dicit.* Interim ex mente Theologorum regnum *naturae* consistit in prouidentissima huius universi gubernatione & conservatione, adeoque complectitur & caelum & terram, resque & animatas & inanimatas (Eph. I, 20-22. Pf VIII.); regnum *gratiarum* Ecclesiam, & fideles maxime, respicit, quatenus eos & cunctos & singulos per gratiae influxum regit, ipsumque potentiae regimen illorum ad salutem dirigit; Rom. XIV, 7-9. II Thess. III, 5. Col. I, 13. II Petr. II, 9.); *gloriae* vero regnum illud dicitur, ubi maiestas ac gloria DEI ac Domini Iesu Christi manifestatur plenissime. (Matth. XXV, 34. Eph. V, 5. II Tim. IV, 18. II Petr. I, 11. II Thess. I, 5.

I, 5. Apoc. XII, 10.). Adeuratas eorum definitiones qui legere velit, euoluat modo laudatas Pos. Theolog. S. R. D. D. SARTORII, §§.  
435. 440. 448.

## §. X.

Demonstrata, quod satis est, Regni Iesu Christi glorioissimi exstentia, ad *indolem* eius declarandam alacriter me nunc accingo. Pertinet huc in primis illa Domini ipsius locutio, quando de ipso hoc *Suo regno* coram Pilato adserit: *regnum meum non est ex hoc mundo* (7). Orta exinde est in libris acroamaticis locutio Theologorum: *regnum Christi* non esse mundanum ac terrenum, sed caeleste & *spirituale* (8). Ipsa etiam appellatio huius regni (B E N G E L I O debetur haec obliteratio) Matthæo, qui Iudeis scribebat, praecipue familiaris &, quod Concordantiae testantur & fedula N. T. lectio quemuis docet, priua ac propria, qua *regnum caelorum* illud vocat, *ad eximendam regni terreni opinionem* & spem regni talis praecidendum, omnes contra suauiter inuitandos ad caelestia, & simul cum prosperitate ad consummationem ipsam, adhibita fuisse videtur. Notum vero est, Iudeos, licet vera de Messia hominum redemptore doctrina in gente Israelitica diu conseruata fuerit ac propagata, successu tamen temporis, cum primis post solutam captivitatem Babyloniam tempore Halmonaeorum seu Maccabaeorum, cum nec vates nec reges etiam amplius in populo Iudaico exsisterent, in eam incidisse opinionem (9), ut arbitrarentur, Messiae nomine non regem spiritualem, sed mundanum, eumdemque potentissimum splendidissimumque, denotari, qui omnibus populis bellum sit illatus, hostesque Iudeorum externos omnes deuicturus, genti vero Iudaicae, DEO dilectæ, salutem corporalem & temporalem felicitatem adlatus, omnes Iudeos, eosque solos, Hierosolymam & in terram suam a patribus acceptam iterum adducturus, legem Mosaiam, caerimonias praesertim leuiticas, & regnum etiam externum, denuo restauratus, & quae sunt id genus alia. At vero Messiam fore & esse saluatorem, eumque non corporalem, sed spiritualem, ad animas hominum saluandas vitamque aeternam illis & comparandam & conferendam a DEO nullum, unctum, exaltatum, adeoque etiam regnum Ipsi spirituale esse, caeleste ac diuinum, quo hostes populi sui spirituales, diabolum, mundum, infernum, peccatum, deuinctit, ex innumeris fere de hoc Messiae regno agentibus & V. & N. T. locis, quorum magnam quoque partem supra ego adduxi, indubitate constat. Licet enim in prophetarum oraculis, quibus erroneam illam suam Mef-

Nae notionem adprime censuerunt consentaneam esse Iudei, regnum Christi Eiusque fata prospera phrasibus ad exterrum in Israele regnum adludentibus subinde describantur: descriptiones tamen istae non secundum litteram omnes videntur esse explicandae, ad initium certe regni Christi & prima illius tempora non debebant referri, cum, quod haud pauci censem Theologi, suo olim tempore etiam istae locutiones suum naucturam fint complementum exactissimum regnoque Christi simul conuenientissimum (10). Placerunt mihi, quae Ven. MASCHIVS I. c. §. 377. p. 542. sqq. de his ipsis expressionibus prolixè differuit. Et ex his omnibus probe perpenitus elucefset, puto, clarissime, quam sit falsa & grauissimis erroribus reserta illa nominis munerasque Christi Iesu regii origo, quam auctor versionis novae germanicae N. T. infra notandus in praefatione Parti Operis sui secundae praemissa communisicitur: cui vero illius figmento infra locus erit & detegendo ulterius & interfingendo. Neque tamen spiritualis haec regni Christi, quod inuicibiliter ideo administratur, indoles impedit, quo minus actu & realiter, secundum omnia, quae Regi huic competunt, iura imperet, regnet, ac dominium in omnia exerceat; traditum enim Ei a Patre est hoc regnandi munus, cum primum caelos Ipse ingressus est, sollemnissime Act. III, 21. ICor. XV, 25. Apoc. V, 5. regnat vero, mediis in hostibus, cum summa & auctoritate ac potestate, & potentia ac maiestate, ut auctoritas, adorandus aequus ac Pater, cum quo in uno eodemque sedet throno, Apoc. XXII, 1.

(7) Conf. Christoph. Matth. PFAFFII Diff. in hac verba. Tub. 1744.

(8) Egregius est, isque, qui heic quoque legatur, dignissimus, locus, qui in Lud. Wolzogenii Praeparatione ad uilem SS. litterarum lectionem existat Cap. I. Opp. T. II. p. 241. Biblioth. Fr. Pol. T. VIII. Omnia, quae ad naturam & effectum regni Christi pertinent, non carnalia, sed spiritualia sunt: nempe spiritualis est Rex, spirituale imperium ac regimen, spiritualis populus, spiritualis dignitas ac praeeminentia populi, spirituales leges & ordinationes, spiritualia iura ac iudicia, spirituale servitium ac obedientia, spirituales mores, spiritualia bella & arma, spiritualia premia ac poenae.

(9) Leg. omnino saepe memorata S. R. D. D. COTTAE Diff. de Christo redemptore hominum §§. IV. V. ubi etiam occasionem erroris huius Iudeorum gravissimi exponit Vir Doctissimus.

(10) Vidi. Ven. Domini Decani OETINGERI Theologia ex idea vitae deducta &c. p. 366. ss. 400. ss. Sensus Prophetiae Ezechielis Capp. XL-XLIX. summarie expofitus a Ven. Dno Decano HELLWAG, in Cel. Prof. CLEMMII Nov. Amoen. Litter. Fas. II. p. 284-296. b. D. SPENERI Behauptung der Hoffnung künftiger besserer Zeiten. Francof. 1693. & praeципie eiusd. Theolog. Bedenk. Tb. III. Art. II. Sect. XVII. sub finem p. 734. nec non I. Tb. C. I. Sect. XLIII. XLIV. §. XI.

## §. XI.

Regnum hoc mediatorum competit Domino *inde a primo incarnationis* Eius *momento*. Licit enim illud demum ab ascensione sua in caelos ac sessione ad dextram Patris in throno maiestatis plenissime, licet adhuc quodammodo occulte, exerceat; non tamen vel iure vel potestate hac regia destitutus erat, cum in terris adhuc versaretur & infirmitates carnis humanae sentiret: immo non habuit modo ius ipsum & potestatem regnandi, sed haud raro actu etiam ipso imperium in omnia suum exercuit. (Matth. IV, 23-25. VII, 29. VIII, 3. 13. 27. 32. IX, 6. XII, 13. XIV, 17-22. XVII, 18. XXI, 3. 12. 19. Ioh. II, 11. 15. IV, 50. V, 8. XI, 43. XIII, 6.) Formulae concordiae auctores (nam in ceteris Confessionum libris nihil est admodum hic pertinens) idem hoc egregie docent: *Aduulta humana Christi natura per glorificationem exaltata est ad dextram maiestatis, virtutis, & potentiae, super omne, quod nominatur--quod vero ad hanc maiestatem adinet, ad quam Christus secundum humanitatem suam exaltatus est, non eam tum demum accepit, cum a mortuis resurrexit & ad caelos adscendit, sed tum, cum in utero matris conciperetur & homo fieret.* Itemque in Epit. Art. C. p. 703 sq. *Filius hominis ad dextram omnipotentis maiestatis & virtutis DEI realiter, hoc est, vere & re ipsa, secundum humanam suam naturam, est exaltatus: eamque maiestatem-temper Christus habuit, sed in statu suae humiliationis se exinanivit.* Quare maiestatem illam non semper, sed, quoties ipfi visum fuit, exseruit donec in plenariam usurpationem, manifestationem, & declarationem divinae maiestatis collocaretur (11). Confirmat hanc sententiam agmine argumentorum Abrah. CALOVIVS in *Syst. Loc. Theol. T. VII. Cap. VIII. Q. 2. p. 595-598.*, quae ibi legantur. Contentit cum his Theologus nostras & doctus & pius, Ven. Dn. Fr. Christ. OETINGERVS in nouissime edita *Theologia ex idea vitae deducta. Loc. IV. de Gratia p. 210.* Hoc maiestaticum regimen quoad rem, in punto incarnationis quidem iam incepérat, sed, quoad usum plenarium. sese manifestauit per sessionem ad dextram. Et de regno gratiae quidem S. R. D. D. SARTORIVS in *Post. Theol. p. 219.* egregie hoc ipsum ita exprimit: *respcu humanae Christi naturae coepit cum primo conceptionis momento; in ascensione maiestatis occupatum, & pentecostes die solenniter proclamatum fuit.* Silentio heic praetereo certamen illud theologicum, Tubingenses inter atque Giessenses ineunte saeculo superiori exortum, ubi inter alia ab illis contra hos etiam hoc adfirmabatur, quod Christus in officio regio & quoad actum directum idiomata diuina usurpauerit, regimen:

menque in ecclesiam omnesque creaturas, licet latenter, semper exercuerit. Ablegare vero lectors meos iure optimo possum ad S.R.D.D. COTTAE *Dissert. de statibus & officio Christi mediatorio*, quae cum aliis tribus *Gerhardi Loc. Theol. Tom. IV.* praemissa est, inde a §. V - XI. p. 61 - 66. ubi etiam Scripta huc spectantia & integra huius litis historia cum eius momento copioe ac solide recensentur. Taceo etiam peruersum illud quorundam ex Socinianis dogma, quo Christum ante resurrectionem nonnisi designatione regem suisse contendunt. Legatur Abr. CALOVIVS in *Opp. Anti-Socinian.* T. I. P. II. p. 208 sqq. Mea hac de re mens huc reddit: Christo inde a conceptionis iam momento maiestas ac potestas regia, regnumque adeo mediatorium ipsum, competit, quapropter etiam angelus de Eo ut rege loquebatur Luc. II. 2. DEVS ipse a Magis, ut Regem, Eum salutari & coli volebat Matth. II. 2. 11., & Christus ipse diuinam Domini adpellationem deberi sibi agnoscet Matth. VII. 21. Ioh. XIII. 13. Matth. XXV, 37. immo natum Se esse ideo, ut Rex sit, profitebatur: at, quod Sacerdotalis rex futurus ipse erat, oportebat prius victimam obferri, quam potestatem Suam atque imperium in regno DEI manifestare atque exercere plenarie Ipse poterat. Hinc etiam per glorificationem demum & in caelos receptionem inaugurus, & in thronum Suum a Patre euectus fuisse censendus est (Act. II, 36. Pf. CX, 1. Hebr. XII, 2. II, 7. 9. 10.) Ius postulandi huius regni morte Is Sua Sibi adquisiuit, & Pater nos atque omnia Ei dono dedit. Nos si respiciamus, misericordia DEI ac benignitas immensa elucescit: at si spectemus Christum, iustitiam magis Suam in concedendo Ei regno hoc mediatorio Devs demonstrauit.

(II) B. D. BAVMGARTEN in den Erläuterungen &c. p. 374. & D. BOERNER RVS in *Inst. Theol. Symb.* p. 273. contra Theologos Tübingenes, qui suam, qua utebantur, docendi formam de Statu Exinanitionis confirmari his locis putabant, monent, ea agere tantum de occultatione possessionis, non vero de occultatione usurpacionis. His qua ratione respondentum sit, docuit S. R. D. D. SARTORIVS in Collegio Suo nuperrime in *Libros Symbb.* habito.

### S. XII.

Quod vero durationem imperii huius ac regni mediatorii adtinet, distincte de ea pronunciandum esse censeo. Christus laetissime dicitur futurus esse Rex *in aeternum*, & regnum tamen etiam Suum traditurus esse DEO ipse dicitur. Hoc posterius Paullus adfirmat I Cor. XV, 24. quo etiam referri posse videtur Petri effatum Act. III, 21. nec non Pf. CX, 1. Sine fine vero duraturum esse regnum Christi, idque, de quo sermo heic mili est, mediatorium, probant loca complura, (12) v. gr. II Sam. VII, 16. Pf. XLV, 7. LXXII, 17. LXXXIX, 5. 37. CXLV, 13. Ies. IX, 7. Dan. II, 44. VII, 14. 18. 27. Mich. IV, 7. Luc.

Luc. I, 33. II Petr. I, 11. Apoc. XI, 15. Et frequentissimae hae aeternitatis regni Christi commendationes eo adegerunt h. D. WEISMANNVM. Theologum nostratem & doctissimum & sincera olim pietate insignem, ut in *Inst. Theol. Dogm.* p. 560. statueret, nisi verba illa Paulli de fine regni Christi, & traditione illius in manus Patris, & subiectione ipsius Fili DEI, cum aliqua limitatione ratione modi & circumstantiarum accipiamus nihil superesse, quam ut dicamus, scripturam sibi ipsi in grauissima materia crasse & aperte contradicere, quod absit, ut unquam affirmemus. Multis certe Theologis textuum horum conciliaatio commoda crucem fixit. Sunt, qui heic ita distinguunt, ut dicant, *gratiae* quidem regnum cessaturum esse: (13) naturae vero & gloriae, quae dicuntur, regna in aeternum esse permanura. Alii de sola *regiminis forma* heic cogitant, adserentes, hanc, quae nunc in regno gratiae obtineat, regiminis formam esse desitram. Sed neutra harum satis mihi videtur adaequata esse responsio. Nihil iam dicam de singulari illa, & latis quidem ingeniosa, explicatione dicti Paullini, quam doctissimus D. G. G. ZELTNERVS exornauit, & in *dissertatione*, lectu sane haud indigna, 1715. edita, cum magno eruditiois adparatu proposuit, *de Subiectione Iesu Christi gloriose*: quam nouam illius sententiam videre quoque licet in germanicis, quae 1740. edidit, *bibliis glossatis*, p. 319. Minus forsan coacte, rei ipsi & integro Scripturae Sacrae tenori conuenienter, ita res mihi confici videtur posse. Quoniam munus hoc regium, mediatorum puto, a Patre Filio traditum erat, & Hie DEI caussam in illo administrabat, hominum caussam erga Patrem Patrisque erga homines peragendo: iam, obtento regii Surioperii scopo, & absolutis atque ad exitum gloriose perductis omnibus, quae ad hanc praesentem pertinebant oeconomia, regimen, quod ad ministrauerat adhuc Filius Ei, e cuius id manu acceperat traditus, negotiumque quod fideli er, plenarie gloriose, ad maximum DEI beneplacitum, peregerat haec tenus mandatus est. neque habebit amplius, cur in nomine ac gloria Patris regnet. Regnabit deinde ut Filius cum Patre, non, uti antea, tanquam mediator in Patris nomine (longe tamen haec mea sententia a Socinianorum mente abest, quando hi Christum Regem nonnisi *Vicarium Patris* agnoscent), quia, peccato, indignitate, atque incapacitate, sublati, saluatisque hominibus, immo restitutis, quae restituenda sunt, omnibus, non iam indignum DEO erit, qui Ipse cum illis agat, eos inhabitet, regat & impleat. Tunc etiam locutio, quae nunc obtinet: agnus in throno, commutabitur in aliam glorioforem; thronus DEI & agni Apoc. XXI, 1.  
 regnum

regnum DEI & Christi Eph. V, 5. tunc demum adparebit plene atque agnosceretur ab omnibus, quod Ipse & Pater sint unum. B. D. BEN-  
GELIVS in *Gnom.* p. 756 sq. eamdem, ut arbitror, sententiam, duo  
ista, contraria sibi visa, Scripturae enunciata conciliaturus, ita pro-  
ponit: *Non incipiet tum regnare Pater, sine Filio: neque definit tum Filius,*  
*sine Patre, regnare. Nam regnum diuinum & Patris & Filii est ab aeterno & erit in aeternum. Sed sermo est de regno Filii mediatorio, quod tra-  
detur, & de regno Patris immediato, cui tum locus fiet.* - Regnum, qua-  
tenus Pater Filio dedit, Filius Patri tradet: nec Pater, quem Filium regem  
constituit, nec Filius, cum regnum Patri tradit, regnare definit: non abo-  
lendum, sed Patri tradendum, dicitur. Traditio regni fit, ut fiat aboli-  
tio omnis imperii. Conf. omnino etiam solida meditatio, quam hac de  
re instituit Herm. WITSIVS *Ex. S. in Symb. Ap. Ex. X.* §§. 43. 44.  
p. 153-155. Erklaerende Umschreibung saemtlicher Apostol. Briefe, ad h. l.  
p. 186. sq. nec non Paschas. Quesnel. N. T. ad I Cor. XV, 28. p. 1182.  
ed. germ. 1718.

(12) Herm. WITSIVS ex rei natura id ita probat: *Si regnum aliquod suum ha-  
beat: vel ex eo id procedit, quia ipse rex moritur; vel quia hostes eum regno pri-  
vant; vel quia subditi per rebellionem se eius imperio subducunt; vel quia ipse se  
regno abdicat.* At nihil horum in Christo est. Exerc. X. in *Symb. Ap.* §: 40 sq.  
p. 152 sq.

(13) Dan. GERDES, Prof. Groning. in *Meleremar. S. in I Cor. XV. Ecclesiae  
regimen & oeconomiam gratiae intelligit, adprobante S. R. D. D. ERNESTI  
in Biblioth. Nova Theol. T. I. p. 289.*

Obs. Ven. MASCHIVS l. c. p. 544. inter alia haec adnotat: DEVS  
Messiam constituit singularissimum Ecclesiae Dominum, tradito  
Ei regimine spirituali, & ideo mediate per Messiam Ipse regnat.  
Lux ex his aliqua, in nota adiicit haec, accendetur difficult illi  
loco I Cor. XV, 24-28. praecipue si vocabulum Filius non es-  
sentialiter, sed personaliter, explicaueris, & Christum non con-  
sideres ut naturalem DEI Filium, sed ut Messiam. CHRYSO-  
STOMVS in *Comment. in N. T. T. V. Hom. XXXIX. ad h. l. p. 438.*  
ed. Ducaeo. Antverp. 1723. de abolitione principatus daemonum  
haec interpretatur, adlegato loco Eph. VI, 12., qui tunc cessa-  
turus sit. At distinguenda non distinxit. Idem facit THEODO-  
RETUS Opp. T. III. Ed. Paris. 1642. p. 199. παρεδίδωσι την  
βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πάτρῷ, εὐ αυτὸς της βασιλείας γυμνο-  
μένος, ἀλλὰ τον τυραννον διαβόλον καὶ της εκείνου συνεργούς υπο-  
τάττον, καὶ πάντας υποκυψα παραπενεδών, καὶ τον των οἰων  
επι-

*επιγνωσις θεον.* S. L. MAIEVIVS in *Animadvers. ad varia loca N. T. Dec. I.* particulam *οταν* interpretatur per *postquam*, & verbum *παραδίδονται* per *curam alicuius rei alicui demandare*. Sententia, quae curatiori examini subiiciatur, dignissima. Conf. ERNESTI N. B. T. p. 706. sqq. T. V. Prioris quidem vocis *οταν* (*οτε αν*) significatus, quem docet, longe est certissimus (*ιενν νων*), conf. Dammii *Nouum lexicum graecum* col. 111. sq. & Messer-schmidii *lexicon*, *Iſocratis*, quas 1760. edidit, orationibus adiectum p. 123. At vero verbi *παραδίδονται* hanc significationem esse, vix ullo probari poterit exemplo. Vlurpatur plerumque de iis, qui suppicio destinati sunt, ut: *παραδίδομεν υπάντια, εφη, Θηρα εννυ τέκτονι κατακεκριμένον κατα τον νομον.* Xen. Hist. Gr. L. II. p. 366. & in N. T. saepissime.

## §. XIII.

Huic vero de aeternitate regni Christi lententiae, tot Scripturae dictis confirmatae Sociniani ad unum fere omnes contradicunt, contentibus, immo, quod mireris, cum Zelo & dolore sodalium doctrinae de futura Christi maiestatis & regni depositione sese opponentibus, aliquibus ex hac societate. Fecit id imprimis Sam. PRIZPCOVIVS, a b. Weismanno in *Inst. Theol. Dogm.* p. 603. allegatus, ex quo non nisi paucissima (plura vero legi l. c. possunt & utiliter legentur) hue ego adferam: *propter unius loci*, inquit, *sine ulla graui causa, in pravum, & innumeris Sacrae Scripturae locis repugnantem, sensum, male detorti, suspectam explicationem, nihil aliul praeter tropici regni titulum, caeli & terrae Domino, in gloriam DEI & Patris vere ac proprie constituto, & cui gloriam & nunc & in saecula saeculorum Petrus tribuit, in aeternum relinquere & adsignare, opinio est periculi plena, ne plus aequo maiestati Christi derogueatur, & sola necessitate excusabilis, quoties forte locus iste cuiquam aliter intelligi aut explicari posse non videtur. Quae necessitas ubi remouetur, tutiorem explicationem obstinate respuere, facinus est non parvus, nec magnae erga Christum reverentiae.*-- At vero in alia omnia abundant reliqui Socini adseclae quamplurimi. Legantur modo Ion. SLICHTINGIVS in *Opp. Exeg. T. II Biblioth. Fr. Pol. T. VI.* p. 81 sq., ubi regnum felicitatis & dignitatis (hoe est tropicum illud, quod Prizpcouius vocat, regnum) a regno supremae in omnia potestatis distinguit, & illud aeternum permansurum, hoc vero cessaturum esse adserit; & praecipue Ioh. C RELЛИVS ad h. l. *Opp. Exeg. p. 331 sqq. Bibl. Fr. P. T. III.* Verbum tradendi, ait hic, hoc loco id significat, quo & vulgo dicere solent resignare - hoc modo Christus regnum DEO & Patri tradet. ut

C

nimis

telligit Legatur omnino, ut de exoptatissimo hoc Christi negotio plena exsiftat connictio, quae distinctissime de eo docet Magnificus Dominus PRAESES in *Inst. Th. M. Cap. IV.* Hanc prouidam Eius curam omnes ac singuli vere in Ipsi credentes persentiscent, pro eo tamen, ac fidem Ipsi atque obsequium praestant: valet enim heic constans illud regni Eius axioma: *habenti dabitur*. Qui, quae accepit, bene ac fideliter collocat & administrat, in paruis ac minimis fidum se praestans, ille plura iusties & maiora accipit: dat vero Dominus unicuique *rat idav dolor*, & quo quisque est fidelior, eo etiam maiora capit in quolibet bono incrementa. Historia & sacra & canis admiranda huius rei & illustria habet documenta: & medullam hoc ipsum summo dixeris iure totius de prouidentia doctrinae. Iucundum est & conductu permultum, attenderé & meditari studiose, quam tuuui omnia concenru ubique & omni tempore, etiam ea ipsa, quae aduersissima sibi esse & defruere se mutuo videntur, in unum tandem conspirent & eodem plane tendant. Aeternitati vero inferire ex Domini mente oportet omnia, quae in praesenti hoc saeculo sunt, quod ad illam est praeparatorium. Haud raro grauiissime in malos ac feditiosos imperii Sui subditos animaduertit & leuer d'ime eos punit; fideles contra ac obsequiosos regni ciues praemissi adficit saepe amplissimis, cuius utriusque rei exempla praebet praeter Scripturam quotidiana ere experientia. Legantur haec mente tecum illae, quae Apoc. II & III. existant, epistola Domini ad ecclesiastum temporis Cariti nomen profetas missae. Neque tamen regni huius longe latetque parentis rationes permittunt semper, ut hac iam in vita suum cuique tribuatur, & vel impii omnes peniantur vel pietati qui student omnes ac singuli remunerationem accipient gratias: fiet id exactissime & iustissime in magno illo Regis huius die.

(14) Non ignoro, Halensem quendam Theologum, haud incelebrem, in eam concessisse sententiam, ut adfirmare nuperrime demum auderet, Apocalypsin non nisi *istis personis* eius temporis destinatam fuisse, *nou nobis*, ut inde admonitionis cognitionisque proprietatem hauriamus; consolari illam, aduersus Iudicium tyrannidem in christianos scriptam, talibus *erroreis* & symbolis noui regni, quales cum adamauerint christiani *addeveris* & *vntioi*; Iohannem autem, velit, nolit, a nostris, & Romanum pontificem & alia portenta nostra in tempora & regna ex eo libro excerpentibus, cogi, ut describar res, quae iam fere bis milie annis nondum adfint, retenta licet vera illius scriptio, celerrime, propter diem ista evenitura; ut adeo, quod hodieque magno conatu & leuero vultu commentatores id agant, tam facile excusandum non sit, quam quod Lutherus olim, & quorum hic vestigia presserit, latini quidam boni scriptores e monachis, & is,

iis, quos Romanorum antisitum varijs maligniras oppresit, ex hoc libro se consolati sint. At quanti hoc iudicium faciendum sit, non ex eo velim perspicere, quod auctor iste Berolinensis, quem P. II. saepissime nominabat, eandem soueat sententiam, sed ex iis prius argumentis, evidenter, solidis, ad sensu omnium dignissimis, quae b. D. BENGEVUS passim adducit & in *Gnomone*, & *ingermania explicacione Apocalypses* v. gr. p. 161-168. & in LX. *Oratr. S. in Apoc.* v. gr. p. 6-8. Conf. D. Iosach. LANGIVS in dem *Apok. Licht und Recht. S. V.* D. D. CRVSIVS in *Obs. Sel. de Eccles. Mil.* 1756. Camp. VITRINGA in *ἀγαπητει Apoc. Iohannis. C. M. PFAFFIVS in den Akad. Reden über die Grundlebren der Chriftl. Rel.* p. 570 sqq. 582. Taceo alios.  
 (15) Conf. *Diss. sub praesidio b. D. Baumgarthi* 1753. *editam de miraculis in regno gratiae. §§. 12. 13.* & add. omnino Magnif. D. PRAESIDIS *Inst. Th. M. C.* p. 168 sqq.

*Obs. Beneficia*, quae a Christo Domino redundant in nos, praecipua recenset ac commendat Magnif. Dnus PRAESES in *Inst. Th. M. C.* IV. §. VIII. pag. 109. seq.

### S. XVI.

Supersunt vero adhuc illustrissimi Regis huius actus vere regii, in propheticis Scripturae Sacrae libris magnifice descripti, suo quilibet olim tempore perficiendi. (16). Apocalypsin, Iesaiam, Danielem, Ezechielem, reliquosque V. T. prophetas, immo & multa cum Christi ipsius, tam in parabolis (Matth. XIII.) (17) quam claris verbis proposita vaticinia, tum Apostolorum, Pauli in primis & Petri, praedicationes, spectare me, non est, quod inoneam. Fateor vero magnam meam in his, propheticis, rebus ignorantiam, non nisi aetate, & naturali, quae longe adhuc a triginta annis abest, & theologica praecepue, si loqui ita licet, quae ne triennium quidem integrum adhuc compleuit, excusabilem. Operae autem summum esse pretium statuo si Theologi, experientia rerum spiritualium gaudentes & vias Domini cum ex Scripturis tum ex suis ipsorum ad illas accommodatis multorum annorum obseruationibus penitus cognitas habentes perspectasque, gravissimis his rebus. ex Domini voluntate non negligendis, immo accurate potius & studiose meditandis pererutandisque post egregios neque satis a me celebrandos b. D. BENGEVII labores, studia nuncupare sua curamque & industriaem consecrare suam non dedigentur. Non itaque ego iam singularissimos quoisque eventus, qui singulimum Christi regii documenta sunt illustrissima, commemorabo: sed eorum tantum, qui neminem vel obiter Scripturas voluentem praeterire possunt breuem iniciam mentionem. Solos enim Christi Domini tres ultimos actus regis, ad consummationem praesentis oeconomiae pertinentes, paucis adtingam.

(16) Vix

los, ciuitatem sanctam, quam in terris Christus habet, opprimentes, impugnantes, & si fieri posset prorsus euententes. Praecipius, quem graphice Scriptura notat, aduerarius regni Christi ille est, quem Antichristi nomine designat. Inuisibiles, quos nominamus, regni Christi hostes sunt Satanus cum angelis suis, mors, infernus, peccatum, & uniuersalis naturae hominum corruptio: de quibus singulis ulterius agendi locus hec non est. Neque vero nescius sic in centuram supra memorati D TELLERI incido, qui l. c. p. 174. sqq. distinctionem hanc hostium regni Christi ideo pronunciat erroneam, quia metuit, ne plebs ignara denominationem hanc hostium propter ipsum Iesum Christum exortam esse censeat, cum tamen Hunc nihil omnino quidquam molimimum illorum fugiat. At dubito equidem admodum, num praeter ipsum umquam tale quid in mentem cuiquam venerit. Nouam, quam Is excogitauit, cur illi consuetae praferat, nisi ipsius nouitatis causa, equidem profunde ignoro. Recitus putat diuidi hostes posse in spontaneos, conductos, & coactos. Horum non nisi unum nominat, mortem nimirum naturalem; istorum in classem refert protertos peccatores & incredulos, deistas, redemtionis irratores (Socinianos itaque & qui iis sunt similes), Saluatoris contemtores, quafi non sit Ille unigenitus DEI filius, & praecipue Pontificem Romanum; illos denique putat Satanam eiusque angelos. Instituti mei ratio haud permittit, ut in solidiorem inuenti huius disquisitionem descendam: neque etiam operae fore pretium autumo. Vix enim erunt, quibus noua haec nouaturientis ingenii proles admodum se probauerit.

### §. XV.

Superefst primaria adhuc quaestio de *actibus regis* Domini Iesu Christi. Varii varios commemorant. Plurimi, tria illa, gratiae, naturae, gloriae, regna sigillatim pertractantes, suos singulis peculiares actus tribuunt. Egregie prorsus hoc modo illos descripsit S. R. D. D. SARTORIVS l. c. §§. 438. 442 sq. 451. TELLERVS quatuor tantum numerat Regios Christi actus: missionem Spiritus Sancti, quorum curam refert propagandi euangelii per verbi prædicationem, vocationum ad illud hominum, illuminationis, conuersionis, & sanctificationis continuae; intercessionem ac deprecationem pro hominibus; præsidium angelorum; tutelam ac protectionem contra omnes malorum spirituum impetus. Non video, perpenlis etiam tribus, quae adfert, argumentis, cur intercessionem regis accenseat actibus, quae tamen ab omnibus semper, idque rectissime, Sacerdotali Eius officio

tr. bui-

tribuitur, duce Scriptura ipsa (Hebr. VII, 25. Eph. II, 18. I Joh. II, 1. Joh. XIV. XVI. XVII.). Plura non addo. Conf. ERNESTI N. B. Th. T. V. p 143. Aëtus Christi Domini recensebo ego aliquos, eosque tantum praecipuos. *Pugna & victoria*, quam de hostiis Suis reportat, insignis est Regis huius actus. Potestas tenebrarum continuo se lucis regno opponit (Col. I, 12. 13 Apoc. XII, 7. I. oh. III, 8. Col. II, 15 Hos. XIII, 14. I Cor. XV, 54.). Dominus vero & consilia prava & periculosa eiusmodi machinationes irritas efficit atque infringit, donec, subuersis primis mundi regnis sublatoque antichristo, aduersus sanctos omnes adhuc pugnaturo, totumque terrarum orbem seducere & ad plenariam discessiōnēm atque a DEO & Christo ab alienationē perducere conatur (I Thess. II, 3 sqq. Apoc. XI, 15. XIII, 2. XIX, 20.) (14), detrusoque in suum locum Satana Apoc. XX, 2. 3. 8. 10.), mortem tandem, ultimum hostium I Cor. XV, 26.) aboliturus est. Negotium spiritualis huius regis praecellarum etiam illud est, quod *ministros instituit* in terris, (Eph. IV, 11 sqq. Matth. XXII, 18. 19. I Cor. XII, 28. Act. XX, 28.) per quos salutem hominum & fidelium praecipue procurat ac gubernat. *Promulgatio legum*, ab Ipsi omnibus veris Sui cultoribus iniunctarum, rectius etiam, me quidem iudice, propter auctoritatem & vim, quam & tum exseruit, & adhuc per Verbum Suum exserit, regio, quam propheticō, muneri tribuitur. Quemadmodum enim omnē imperium per leges & praecēpta regitur: ita & Rex hic caelestis subiectos imperio suo, & in eis praecipue fideles suos, verbo ac Spiritu Suo gubernat (Rom. VIII, 14), animosque eorum influxu illo Suo grātioso, spirituali, & iūmē efficaci, regit, ut confociatis operis viribusque suam inuicem operentur & promoueant salutem & felicitatem aeternam (15). Non est, cur de quaestione illa tristissima, num nouus fuerit Christus legislator, agam hoc loco, eamque, suo utrumque vero sensu, & aduersus Socinianos negem, & contra Iudaeos doctores affirmem. Factum id est a plurimis, qui Theologiam Dogmaticam tradiderunt, auctoribus. Euoluatur b. D. WEISMANVS, *Inst. Theol. Dogm.* p. 595-597. Ita nec locus est hic, saluberrimam sapientissimamque, quam tradidit Christus, morum doctrinam, a multis summopere depraedicatam, contra deistarum nonnullorum & praecipue *Thom. Chubbii* (*Opp. posthum.* Vol. I. 1748. p. 13.) calumnias vindicandi. Tamquam Rex, qui in uilest Sacerdos in throno DEI, largitur etiam Suis bona spiritualia una cum iis omnibus, quae ad hanc quoque vitam pertinent, quaeque proficia illis esse intelligi-

690 L 1 Q 2

nimirum summam illam potestatem ac imperium in omnia, sibi a Patre concessum deponat & Patri iam penitus administrandum relinquat. -- Diluere hoc ipse in loco conatur obiectiones, sententiae huic suae, quam plannimam vocat, opponi solitas ab iis, qui, ipso iudice, praeiudicatis opinionibus ducuntur. At vero ad istas *Creljii* exceptiones b. D. Weismannus l. c. ea regerit, quae ne speciem quidecum veri ullam eius opinioni relinquunt. Neque vero nunc equidem video, quid, cuius nomen inde ab aliquo tempore satis ubique celebatur, D. G. A. TELLERVS V. D. sibi velit in libro nouissimo, *Lehrbuch des christlichen Glaubens*, quo in libro

sunt mala mixta bonis,

quando p. 178. audacter adserit, Socinianos, qui finitum esse regnum Christi statuant. idem velle dicere, quod nos nobiscum cogitemus, quando aeternum illud proponcimus. Aeternum putat vocari illud posse, quatenus vel consideretur ut regnum DEI, vel alia regiminis forma adsumatur: finitum vero, quando vel praesens administrationis modus respiciatur, vel representetur illud, quatenus Iesu Christo per finitum temporis spatium singulari plane ratione gubernandum traditum est. Enimuero quis est, qui nesciat, de hac in nostra Ecclesia usitata distinctione, rite intellecta, Socinianorum coctum ne cogitasse quidem umquam? Ipsi dubium non est, quin tentatam hanc sui nobiscum conciliationem vehementer repudiatur sint. Monenda vero haud pauca essent ad aliud auctoris huius adserendum, quando ibid. regnum Christi mediatorium ipse non prius cepisse initium statuit, quam confederit Christus ad dextram DEI. At meum heic non est, cum Viro hoc, a magna iam Theologorum multitudine acriter impetrato, congregi.

Obs. Iac. Fosterus, apud Mennonitas Londinenses presbyter, eius liber, Tindalio oppositus, & a L. Schmidio Interpr. Werth. in germanicam linguam translatus, ipso illo Tindalii libro mihi videtur periculosior esse, eadem quippe cum auctore, contra quem scribo, infra nominando, principia continens, (conf. Baumg. Nachr. von merkw. Büchern IX. B. p. 328-341. & Ei. Nachr. von einer Hallischen Bibl. II. B. p. 288.) regulam, quam dat, hermeneuticam: discribent linguarum & peculiares cuiusque loquendi modos probe esse adtendens, peruerissime adplicat, quando vocem aeternus, admodum in Scriptura Sacra πολυτελος, etiam in his de regno Christi locis ita interpretatur, quali idem denotet ac usque ad finem huius mundi, licet Lucae I, 33. longe aliter illa

illa exprimatur. Vid. Eius Reden über wichtige Warheiten der christlichen Religion. X Rede von den Regeln die heilige Schrift nützlich zu lesen p 245.

## S. XIV.

*Cives*, Regi huic Potentissimo subiecti, non sunt, uti de regno gratiae strictius sumto solidissime statuitur, soli fideles, sed omnes omnino creaturae intelligentes. Interim id tamen longe est verillimum, propter illos, qui per veram & viuam fidem uniti cum Christo sunt, quique ideo populus Eius sunt stricte dictus, *λαος πνευματικος*, ex omni gente & tribubus & populis & linguis collectus, corpus Eius & Ecclesia, quorum Ipse Caput, Maritus, Sponsus ac Dominus appellatur, propter illos, inquam, & conseruandos & tuendos atque amplificandos, immo & glorificandos, maxima in tota uniuersitate, in caelis & in terris, opera peragi, haud raro etiam talia, quae consuetum naturae cursum excedunt & finitas creaturarum, quantumvis cetera potentium, viris longissime superant. hi enim sunt illi, quorum est, salutem aeternam hæreditatis iure adipisci, quibus & sacerdotalis ad DEVUM admisio, quae summam habet dignitatem, & regnandi etiam potestas, concedetur olim, gloria cum Christo sempiterna fruitoris. *Ministris* vero in gubernatione tanti imperii utitur omnis generis creaturis, excellentissimis aequae atque minimis, hominum quidem aestimio, & abiectissimis. Magnifice amplissimum hoc Domini huius ac caelestis Regis ministerium ac seruitum describunt Psalmi, qui regi ideo dicuntur, fecerunt omnes. Angeli, beati illi caelorum incolae, reges ac principes terrae, siue aduersentur Ecclesiae Christi militanti siue eam amplectantur ac foueant, omnes in uniuersum homines, bestiae, quas agri alunt, res non animatae, caelorum exercitus, sol, stellae, luna, fulgura, tonitra, aquae, imbre, niues, ignis, & quid non? praefecto huic Domino sunt, & mandata Eius exsequi debent, quandocumque & quomodo cumque ei placuerit. *Medis* utitur cuiusvis creaturarum naturæ & indoli conuenientissimis. Inter homines verbum praecipue & Sacra menta eo sunt destinata, ut per ea in beatam Christi Regis, & per Eum ipsius etiam DE communione vocentur, trahantur, perducantur. *Hoc* regnum hoc Christi, in primis quod ad homines saluandos adtinet, undiquaque infestantes, iterum sunt varii. Dispescuntur plerunque praecipiui eorum in visibiles & eos, qui in conspicuum hominum non incurunt. Illis adnumeramus, praeter infideles omnes, improbos & hypocritas, in primis regna mundana integra integrosque populos,

(16) Vix hodie quisquam est, qui cum D. RIEBOVIO in *Diss. de termino viciniorum V. T. ultimo.* Goett. 1748., quem D. I. D. Wincklerus in *Animadu. Philol. & Crit. P. III.* p. 664. sqq. refutavit, statuat, yacenia V. T. non ultra tempora Christi & templi vastationem prospicere, sed tum plenarium suum complementum nacta fuisse. Leg. S. R. D. D. SARTORII *Thef. Theol.* §. 985. 986. (4). Thom. NEWTONI *Abb. über die Weissagungen &c. Christ. Matth. PFAFFIVS in Diss. de recta Theologiae propheticae conformatione.* 1728.

(17) Legatur omnino solidissimum inletema Magnifici Domini PRAESIDIS, de *Seru Septem parabolaram Matth. XIII. prophetico.* Hayn. 1733. quo adcurate perlecto & studiose expenso conferri deinceps & facile diuidicari poterunt ea, quae Cel. D. SEMLERVS hanc in rem differit In, *Antiqu. Hermeneut. ex Tertull. Specim. Ino not. 20.* Addatur etiam C. M. PFAFFII modo cit. *Comment. Cap. II. §. IV. lit. b.)* p. 38 sq.

### F. XVII.

Primus eorum est gloriissimus Christi *aduentus*, qui continget, quando peractis diebus mundi & diebus hominum aderit unus ille Domini dies, cuius tam frequens fit in Scripturis mentio (I Cor. I, 8. Phil. I, 6. 10. II, 16. II Thess. II, 2. I Thess. V, 2. II Tim. I, 12. 18. IV, 8. II Thess. II, 1. I Thess. II, 19. III, 13. II Tim. IV, 1. I Cor. I, 7. II Thess. I, 7. I Tim. VI, 15. Tit. II, 13.) Veniet vero in nubibus (Apoc. I, 7.) cum celestis & voce archangeli & cum tuba DEI (I Thess. IV, 16.), stipatus angelis virtutis suae & cum flammis igneis (Act. I, 11. II Thess. I, 7. 8.) cum multis myriadibus sanctorum (Iudee v. 14. I Thess. III, 13.) in gloria Patris Sui (Matth. XVI, 27. XXVI, 64). Alter, qui primum hunc mox subsequetur, actus Domini regius erit *resuscitatio mortuorum*, per quam simul hostis ultimus aboletur: exhausta enim tunc erit mors. Fructus est illa mortuorum resurreccio resurrectionis Christi (I Cor. VI, 14. XV.) & veritas omnino fundamentalis ac primaria Euangelii (I Cor. XV, 16 sq.), documentum vero longe excellentissimum roboris Christi omnipotentis dominique Eius in omnia (Phil. III, 21.). Inde est, quod in Scriptura illis, qui Domini sunt, tamquam fructus fidei & communionis suae cum Christo Capite contingere illa dicitur (Rom. VIII, 11. VI, 4. 11.). Circumstantias eius omnes, notatu dignissimas, recensere hic ego superfedeo. Legantur I Cor. XV, 53. 23. 35-50. II Cor. IV, 10. 11. I Cor. VI, 13. XV, 50. ib. v. 41. 42. Apoc. XX, 12. I Cor. XV, 51. 52. II Cor. V, 4. I Thess. IV, 15-17. Ioh. V, 28. Act. XXIV, 15. Apoc. XX, 15. XIV, 11. Ies. LXVI, 24. Marc. IX, 44. 46. 48. Dan. XI<sup>1</sup>, 2. quae loca, hoc, quo posita sunt, ordine singula perlecta & adcurate penitus multum docere poterunt sapientem. Pergo ad tertium, eumque, cuius mentio a me heic facienda

facienda est, ultimum, regium Domini actum, longe illum glorioſiſum & in Scriptura celebratiſſimum. *Iudicium* peraget Dominus, idque prorsus uniuersale, & homines omnes & ipſos etiam angelos malos cum eorum principe complexurum. Tunc demum euidentiſſime ac plenarie adparebit, Iesum ab omni creatura pro Domino eſſe agnoscendum (Phil. II, 10. 11.): glorioſius enim maiestatis diuinæ negotium eſt nullum ipſo illo, quo redditurus eſt Ipſe unicuique ſe-cundum ſuam actionem. Ideo etiam reditus ad iudicium coniungi in Scriptura ſolet cum feſſione a dextris: eſt nimirum ille argumentum glorioſiſſimum ac certiſſimum eius, quod Ipſe fit Filius DEI, & fide-lium reſpectu coronidem ſimul denotat benefictorum Christi. Funda-mentum, cur tradi Ei iudicium hoc potuerit, in ipſa Eius Filiatione diuina poſitum eſt: traditum autem Ei eſt illud ideo, quia eſt filius ho-minis (Ioh. V, 27.). Conſiderentur, velim, loca Act. X, 42. XVII, 31. Matth. XXV, 31. Apoc. XX, 11. Rom. XIV, 10. II Cor. V, 10. Apoc. XX, 12. 13. Matth. XXV, 34. 41. VII, 23. Iudea v. 14. 15. Ioh. III, 18. Ioh. IV, 17. Apoc. XX, 12. II Tim. IV, 8. Mal. III, 4. Matth. XXIV. Apoc. XX, 13. XXII, 12. II Cor. V, 10. Matth. VI, 2. I Cor. IV, 5. Eccl. XII, 14. II Cor. V, 9. 11. II Petr. III, 14. Iudicio hoc peracto totum DEI circa hunc praefentem mundum eiuſque oeconomiam gratiosam decretum ad finem eſt perductum: tunc maniſtabitur thronus DEI & Agni, tunc adparebit nouum caelum & noua terra (Ief. LXV. Apoc. XXI, 1. II Petr. III, 13.), noua Hierofoly-ma, urbs DEI regia, caeleſtis, diuina; tunc reuelabitur ineffabilis glo-ria, ſplendor, nitor, diuitiae, falus, beatitas, ſumma ciuium dignitas; tunc vigebit filiatio, haereditas caeleſtis, fruitio bonorum promiſſio-rum omnium, vita aeterna, intima cum DEO & Christo communio, finis fidei, meta exoptatiſſima. (II Cor. V, 1-17. Apoc. XXI. XXII. Rom. VIII, 23. 19. Ioh. III, 2. II, 25. I Petr. I, 9. 4. II Tim. IV, 18.).

Obſ. Doctrinas nunc etiam ex hac tenus dictis ad praxin ſpectantes, ſeu uſus varios, adiicere superioribus poſſem ac deberem. At, quae dicenda reſtant, locum illis nullum relinquunt. Legatur egregia meditatio de regio Christi munere, quatenus anima in ſe illud experitur ſentitque, quae exiftat in S. R. D. D. Lud. Eberh. FISCHERI, Sacrorum Aulicorum Wirtembergensium Antifti-tis Primarii, Geiſtlichen Betrachtungen 1748. p. 227-246 B. D. WEISMANNI Inst. Theol. Dogm. p. 612 ſq. luuat, inquit S. R. D. D.

D.D. SARTORIUS in *Pos. Theol.* p. 215. iuuat cogitare, quantus Monarcha sit Christus, quot in regno Eius admiranda contingent, quanta catastrophe futura sit, cum haec omnia gloriose suo tempore patescant.

## §. XIIIX.

Talpa nunc caecior sit necesse est & Verbi diuini irrisor petulantissemus, qui, neglectis tot tamque evidentibus, immo meridiano Sole clarioribus de Christo Domino & Rege, de Imperio Eius & Regno potentissimo, de actibus regis illustrissimis, de ciuibus, ministris, mediis, hostibus, armis, regnum hoc spectantibus, quae singula vidi mus, testimoniis, negare etiamnum sustinuerit, Iesum esse Regem. Vix itaque est, quod miremur, vel in ipsorum Socinianorum scriptis immensum illud, quod leui licet penicillo delineare ego studui hucusque, independens, caelosterasque complexum, neque ullis terminatum limitibus, Christi Domini in omnia imperium non agnoscendi modo & concedi, sed magnifice etiam extollti & excellentissima prorsus ratione praedicari. Fidem huic meo adserto faciam, testimonia adducendo, & ex publicis eorum, quae totus Socinianorum coetus agnoscit & defendit ac pro Symbolicis plane habet, scriptis, & ex libris doctorum huius sectae praecipuorum, qui summa apud illos semper auctoritate valuerunt, desumpta. Patescat deinceps, quo id nunc a me consilio fiat.

## §. XIX.

Prouoco itaque primum ad insignia de Regia Christi Maiestate testimonia, quae in *Catechesi Ecclesiistarum Polonicarum*, Racouieni vulgo dicta, anno 1619 primum edita, occurunt. Vtus autem sum editione illa, quae 1680. 4to. Stauropoli in lucem prodit, quam Magnificus Dominus Praesis, (cujus tot ac tanta in me existunt beneficia & maxima benevolentiae specimina, ut Viro Huic Summo tantum me debere, quantum vix alii cuiquam homini, & agnoscam gratissimus & cum summa animi voluptate publice profitear) hunc ipsum in finem benevolentissime mecum communicavit. Ibi Sect. IV. Cap. I. de persona Christi, pag. 24. Iesum Christum nullo prorsus pacto merum esse aut vulgarem hominem, inter alia & ex eo probatur, quod imperio ac supraem in omnia potestate DEO similis immo aequalis sit effensus. Et p. 25 dicitur, omnem Illum in celo & in terra potestatem accepisse, & omnia, DEO solo excepto, Eius pedibus esse subiecta. Pag 62. Christum DEI esse est Regem a DEO unctum esse. Sect. VI. Cap. IX. de fide, p. 156. eleganter concludunt: qui credit, Iesum a mortuis resuscitatum

tatum esse, idem credit, Eum factum esse a DEO Dominum & Christum: qui id credit, fidem etiam in Ipsi collocabit & nomen illius invocabit: qui hoc fecerit, totum se ad obedientiam illius conuertet. Sect. VII. de munere Christi Sacerdotali, p. 170. oblatio Sui ipsius & adparitio Christi coram DEI vultu in ascensione facta adeo fuisse DEO grata & accepta dicitur adeoque efficax, ut ipsi Christo deinde omnem nos seruandi potestatem dederit, nostrumque Regem & Caput super omnia Eum fecerit. P. 171. Potestate sua, quam a Patre plenam & absolutam consecutus est, perpetuo nos tuetur. Similia leguntur pagg. 144. 152. 172. 175. 5. 39. 38. 49. 50. 64. 46. 70. 71. 74. 75. 34. 86. &c. Sect. VIII. de officio Christi Regio p. 176 magnifice ita loquuntur: DEVS Christam, suscitatum a mortuis, & in caelos adsumptum, a dextris Suis collocauit, *Ei potestate in caelis & in terra omni data, ut fideles Suos liberrime gubernare, tueri, & aeternum seruare possit.* Et p. 179. *Sesso Christi a dextris DEI exaltationem Eius significat, qua longe supra omnem principatum - Eph. I, 21. - euellus est, cum subiectione omnium sub pedes Eius, & supremo Eius in omnes & omnia dominatu ac potestate, quae in eo eminet, quod Christus in corpora & animas nostris absolutam habeat potestatem: nec hominibus tantum, verum etiam angelis, & bonis & malis, & morti ac inferno, dominetur, ut in omni necessitate, & spirituali, & temporali, Suis subuenire possit, & contra etiam immorigeros poenis adficere, tam spiritualibus, quam corporalibus.* Quandoquidem constitutus est viuorum & mortuorum iudex, qui cuique secundum opera ipsius reddere debeat: *qua de causa etiam tanta Ei data est Sapientia, ut corda quoque ac renes scrutari & secundum occulta cordium omnes iudicare queat.* Vnum addo ex hoc libro: p. 89. *Christum quoque & adorare semper debemus & in omnibus necessitatibus nostris preces ad Eum, quoties volumus, dirigere possumus, atque ut id lubentissime faciamus, non una causa impellimur.* Diuina Christi adoratio praecipitur Ioh. V, 22. 23. Phil. II, 9-11. *Etiam si nullum exstaret expressum de Christo adorando mandatum, nihil minus tamen ipsum illud tam sublime imperium, quo Christus est a DEO donatus, diuinum Illius cultum omnino a nobis exigeret.* Imperio enim omni honor a subiectis, & diuino quidem diuinus, ut humano humanus, debetur, &c. -- Concordat cum his clausula praefationis libello huic praemissae: *precamur DEV' M omnis gratiae, ut faxit pro Sua misericordia, ut brabeum aeternae salutis obtineamus in glorioso aduentu Domini ac Seruatoris nostri Iesu Christi, cui una cum DEO Patre sit laus, honor, & gloria, in omnem saeculorum perennitatem!* Similes preces ad Dominum Christum Iesum directas legi in Comp. Cogitat. Nov. de primo & secundo Adamo p. 145 sq. Amtl. 1700

quo de libro, eiusque auctore, Sam. Crello, conf. III. B. der Nachr. von einer hallischen Bibliothek p. 549-553 breuiter hunc librum & solide refutavit Ioh. Schmidius in differt. cui titulus: *Stricturae breves libelli &c.* Lips. 1702.

## S. XX.

Succedant nunc pauca quaedam ex libris eorum dogmaticis hac ipsa de re enunciata. Audiamus Lud. WOLZOGENIVM, qui in Compend. Rel. Christ. pag. 5 sq. (Bibl. Fr. Pol. T. VIII.) ita differit: *Christus ad tantum honoris ac dignitatis caelstis fastigium electus est, ut Ei DEVS regimen totius uniuersi & omnem in caelo ac in terris potestatem concederet, Eumque necessariis ad tale regimen donis nempe divina potentia & divina sapientia repleuerit: praecipue autem Eum Caput ac Dominum uestras ac fidelium suorum constituerit, salute eorum in manus Ipsiis radita.* - Cum igitur DEVS Christo communicavit diuinam potestatem, ut in omnibus necessitatibus nostris possit nobis opitulari, nec non diuinam sapientiam, ut omnia nostra desideria & necessitates etiam abditissimas scire atque intelligere possit: iustissimas habemus causas, ut fiduciam ac spem nostram in eo collocemus, Ipsiū adoremus tamquam Dominum ac DEVUM nostrum, ad Eum in omnibus casibus ac necessitatibus confugiamus, honoremque eundem Ipsi tribuamus, quem DEO Patri. (cur non etiam Sociniane coece, ut veram Eius aeternamque diuinitatem & agnoscamus exinde & ex animo credamus ac profiteamur?) Legantur etiam, quae idem Welzogenius in supra citata Praeparatione ad utilem S. literarum lectionem (eodem Tom: VIII. Bibl.) Cap. II. pag. 241 sqq. tradit adeo illustria, magnifica, solatii plena & fiduciam excitantia, ut vix videatur auctor esse eorum Socinianus. Faustus SOCINVS, Senensis, Opp. T. I de invocatione Christi p. 353. (Bibl. F. P. Tom. I.) ita ad quemdam scribit: video, nihil hodie edi posse in tota christiana religione maioris momenti, quam hoc sit, demonstratio videlicet, quod Christo - inuocatio & adoratio seu cultus diuinus conueniat. - Honor, quo DEVS ipse adscitur, debetur Christo, non quatenus Eius praeceptis & mandatis obeditur, sed quatenus pro nostro Rege ac Domino caelesti agnoscatur, qui in nos omnes vitae necisque potestatem habet, ac perpetuo - nostri curam gerit. Hunc autem honorem, adorationem & diuinum cultum esse, nemo, opinor, sanæ mentis negauerit. - Gubernatio & potestas a DEO Christo concessa tanti est, ut ipsa per se moeat, Christum esse adorandum. Conf. etiam eiusd. Instit. Christ. Rel. de diuino Iesu Christi imperio, ib. p. 655 sq. Et p. 777 de officio Christi th. XLV. regnum Christi munus in eo confidere adserit, quod a mortuis excitatius

tatus sedeat ad dextram throni maiestatis in excelsum, obtinens omnem potestatem in caelo & in terra, & omne imperium in omnes & spiritus & homines, & vim Sibi omnia subiiciendi habens, & praeterea quod ipsa etiam corda nostra norit, in omnibus calamitatibus nolis subuenire, ab omnibus malis nos adserere, & ab ipsa denique morte nos liberare possit. Plura non exscribam. Legi autem similia possunt in Ern. SONERI Catechismo Cap. XVIII. in Suppl. Hist. Crypto-Socinismi a D. Zeltnero editae p. 849-856, nec non in Epist. Mart. R. VARI, quae ibid. continentur, quam plurimis, v. gr. p. 215. 225. 245 &c. Illustria etiam hoc spectantia testimonia L. M. ARTEMONIVS. h. e. Sam. Crellius, habet in Init. Evang. Ioh ex antig. eccl. restit. 1726. v. gr. P. II. Cap I p. 273. Christus Iesus omnem potestatem in caelo & terra adeptus & super omne non men hujus futurique saeculi a DEO Patre superexaltatus est.

### §. XXI.

Tandem, ut aliquid etiam hoc iam loco (plura enim in Part. II. occurrit) ex libris eorum adferam exegeticis, pulcre Iud. WOLZOGENIVS Opp. T. I. in Comm. ad Luc I 32. Bibl. T. VII. p. 529.) commentatur: indicat angelus Mariae, Filium eius fore Messiam seu illum Regem, qui Dauidi ex illius semine in regni administratione debet succedere, de quo Ps. CXXXII, 11. dictum est: collocabo in throno tuo fructum ventris tui. Dicitur autem regnum Christi solum Dauidis (i. e. Dauidis regnum, per metonymiam), non quod Christus carnali modo Hierosolymis, ubi Dauidis fuerat regius thronus, regnaturus esset; sed quia Dauid fuit typus ac figura Christi, qui ex ipsis semine seu posteritate nasci debebat, ipsisque temporarium ac terrenum regnum fuit figura caelestis, spiritualis, & aeternum durantis, regni Christi, quod non super Iudeam solum, sed supra totum orbem terrarum, imo & super angelos in caelo extenditur. — Idem ad Marc. XVI, 19. 20. (ib. p. 499.) adnotat: & sed sit ad dextram DEI, id est, regnum, quod Ei a Patre destinatum erat, re ipsa obtinuit.

### §. XXII.

Restat, ut, quod pollicitus supra sum, de illo Socinianorum errore, quo Sacerdotale Christi munus cum Regio, quod adeo extollunt, confundere amant pauca quaedam dicam. F. SOCINVS Opp. T. I. p. 775. de officio Christi, th. XLVII. sq. fatetur: munus Christi Sacerdotale non quidem re ipsa, sed tamen per viam intellectus, a regio ipsius munere distinguimus: nam quemadmodum, dum Regem spiritualem & caelestem Christum esse nouimus, Eius admirandam & infinitam in nobis seruandis

contemplatur potestatem : ita , dum Pontificem esse seu Sacerdotem intelligimus ( quod tamen figurata accipitur ), sollicitam curam , quam nostri gerat , ob oculos nobis ponimus ; & hac ratione incredibilem animi consolationem percipimus . Cernimus enim , quod non tantum possit , sed etiam velit nobis perpetuo opitulari . Eadem prorsus ratione Lud . WOLZOGENIVS in Praepar . ad util . S. lit . less . C. II . p. 242 . ( Bibl . T. VIII . ) Regia dignitas , ait . longe maior est ac sublimior , quam Pontifica ac Sacerdotalis : immo Sacerdotalis Christi honor prorsus & omnino regia Eius dignitate continetur , dum id , quod alioquin ad Pontificium munus pertinet , nempe expiationem peccatorum nostrorum & abolitionem , magis tamquam Rex , quam tamquam Sacerdos , perficit . Eundem cantilenam canunt Oftorodus , Smalcius , Volkelius , aliquie huius sectae presbyteri . Enimvero nemo non videt , Systematis eos sui gratia haec talia debuisse excogitare , ut eo licentiosius ac proterius veram Sacerdotii Christi indolem peruertere ac deformare , immo subuertere prorsus , possent . Cumque ideo magis haec in detrimentum Sacerdotii Christi , quam Regiae Eius Majestatis , de qua ego heic ago , cedant , non opus mihi esse censeo operosa erronei huius adferti refutatione & prolixa veritatis defensione . Ne tamen nihil plane dicere velle videar , pauca haec adiicere placet . Sacerdotale Christi officium per Aharonicum V. T. : regium vero per Dauidem ac Salomonem praefiguratum est : cum igitur ad tribum Iudea prorsus nihil attinuerit unquam sacerdotium , Leuiticae contra tribui regium munus nullo modo connenerit ; haec duo munera , non sola forma , sed vere ac realiter , a se esse distincta , facile patet . Si non distincta essent munera , cur Melchisedecianum potius , quod utrumque complectebatur , quam Aharonicum , praefigurauisse Christum , cum a Dauide Ps. CX. , tum in Ep ad Hebr. , adferitur ? Nonne in V. T. actus Sacerdotales prorsus erant Regibus prohibiti ? Nonne aliqui illorum grauiter a DEO puniti sunt , quod Sacerdotum partes obire ipsi audebant ? Et quid de obiectis utriusque numeris dicam , quae diuersissima sunt ? Nullibi autem regium officium solam continet potestatem , quin potius in cura ipsa subditorum & propenissima ad iuuando stuendos que eos voluntate positum illud est . De regia Christi maiestate in Scriptura Sacra saepissime agitur absque ulla Sacerdotii Eius mentione . Sunt tamen etiam loca haud pauca , in quibus & regia & sacerdotalis Christi dignitas simul commemorantur . Fit id praecipue Zach . VI , 13. cuius loci supra mentionem feci , Dissertationesque Magnifici Domini PRAESIDIS in istum scriptas iterum iterumque omnibus commendo perlegendas . Egregia sunt , quae Vener . Dominus BVRCKIVS in Gnom.

*Gnom. ad XII. Proph. Min. ad h. l. adnotat: Solium Iesu habet ut Rex, sed Sacerdos item est super eodem solio. Easdem & regias & sacerdotales functiones non per interuersus, distincte, sed uno continuo eodemque facit actu, ipsoque munere regio etiam sacerdotale splendidius sit atque efficacius. Regnum Sacerdotio Sacerdotium Regno, non obstante, ubi ambae dignitates in una persona conueniunt. Aliter tamen, ac sodales, sensisse videtur SCHLICHTINGIVS, cuius verba in Pruef. ad Joh. Crellii Comment. in Ep. ad Hebr. adlegantur in laudatissima Magnis. Domini PRAESIDIS Diff. I. modo citata p. 33 sq. Opp. Exeg. Crellii T. II. p. 61-65. (Bibl. T. III.) nec non Sam. CRELLIVS in supra citatis Cogitationibus Nouis &c. ubi p. 133. munus, inquit, sacerdotale a munere Christi regio plane differt.*

### §. XXIII.

Antequam nunc ad alteram dissertationis huius meae partem accedam, licebit ex iis, quae §§. XIX-XXI. adduximus, Socinianorum efflati corollarii loco nonnihil deducere. Anfam vero harum, quae sequentur, cogitationum praebuit mihi oratio Magnifici Domini PRAESIDIS, qua momentum doctrinae de Salvatoris nobis nati diuinitate declarauit pridie festi Christi natalitii ante hos sex annos a Summo hoc Theologo recitata, & typis etiam Tub. 1759. exscripta. Sociniani nimurum, quanto, quod latius, puto, luculenter ex iis, quae & in laudata ista oratione p. 12-17. occurunt, & ego adhuc adulsi, patescer, quanto, inquam, proprius, luce & vi verbi diuini, ad agnoscendam maiestatem & imperium Christi in omnia adducuntur, tanto magis fingunt pugnantia & labyrinthis fese implicant inextricabilibus, immo tanto magis in ea incident, quae ab ipsa etiam ratione, & communi, quem vocant, sensu, abhorrent, & DEO Patri non minorem, quam Filio, iniuriam inferunt. Omnia autem haec systematis sui vulnera pernicioſiffima sanare possent illi facilius, si, missis humani cerebri figuramentis, unam veram summam atque aeternam Christi deitatem pie & humiliter agnoscerent. Inde est, cur omni veneratione dignissimus Magnus Dominus PRAESES, saepissime iam & verissime in praelectionibus suis theologicis pronunciauerit, hanc esse praecipuam, immo unicam hanc superelle viam, neque illam adeo difficultem, qua ex suis ipsorum adsertis per pronam & culibet nullo negotio agnoscendam consequentiam errorum suorum conuinci Sociniani & ad rectius cum de persona tum de redēctione Christi sentiendum adigi possint atque impelli. (18) Maiestas quidem Christi in throno DEI sedentis & regnantis ita quorundam ex illis oculis adsulfit, ut mirabile sit & stupendum, verita-

veritatem integrum, quam quasi manibus iam tenebant, non esse illos adsecutos. Infinita enim gaudere potentia & sapientia, & diuinis ideo axiomatibus honoratum esse, idque ita, prout unicac soli DEO competentur, neque tamen, nisi factitium, simul DEV M esse, figura-  
tum est, primis etiam rationis principiis aduersum, & indoli naturae diuinae prorius contrarium, & grauiissimis DEI ipsius, in prophetarum praecipue scriptis occurrentibus, oraculis repugnans, adeoque longe & falsissimum & insanissimum. Tali profecto, quale ipsi negare non sustinet, omnipotenti, uniuersali, & sufficientissimae prudentiae regimini & gubernationi rerum omnium, homo etiam exaltissimus non sufficit, nisi DEV Sex homine DEV M faciat, quod nec potest nec velle potest. Nullibi itaque hic cohaeret Systema Socinianum (19). Negare coguntur consequentiam solidissimam, a multis etiam Sectae huic addictis ingenue agnitam & cum Zelo immo cum vitae ipsius discrimine famaeque & munerum amittendorum periculo defensam, uti constat ex historia illorum, imprimis *Franc. Davidis*, Hungari, qui, post Sim. *Budnaeum* huiusque cum in Lithuania tum in Polonia Russica discipulos, negans, Christo, si non sit verus DEV S, adoracionem competere & cultum diuinum, Superintendentis & Concionatoris aulici, quibus fungebatur, muneribus ei admitis, in carcerem ab Unitariis Transylvaniae est coniectus, in quo senex anno 1579 vita defun-  
gebat. In eamdem illius sententiam concesserunt postea Ge. *Emendinus*, Iac. *Palaeologus*, Christ. *Franken*, Ioh. *Sommer*, cum multis alii, qui Semi-ludaizantes ideo adpellabantur. (20)

(18) Confirmatur ex his ipsis insigne, quod hoc ipso, quo haec scribo, dic ex ore S. R. D. D. SARTORII occasione loci Ioh. IV, 25. audire mihi licuit, moni-  
tum: *consensum, qui inter eos, qui in religione fundamentaliter dissentiant, quoad quasdam veritates superfit, numquam esse parvi faciendum.* Et hanc ipsam regulam, sapientissimam, Magnificus etiam Dominus PRAESES in polemicis suis, quas in praefentiarum habet, praelectionibus ad Naturalistas ipsos cum de erroribus suis grauiissimi tum de doctrinae christiana & veritate & diuinitate conuin-  
cendos & adplicat ipse & enixe commendat.

(19) Conf. b. D. WEISMANNI *Infl. Theol. Dogm.* p. 226. sq.

(20) Legi haec prolixius possunt in Ill. Domini I. L. MOSHEMII *Infl. Hift. Ec-*  
*cles. L. IV. Sect. 3. P. II. §§. 22. 23. p. 823. sq. B. D. WEISMANNI *Intro-**

## § XXIV.

## §. XXIV.

Memini vero, dum haec scribo, iudicii de Theologia Vnitarianorum a iudicissimo Nostrate Theologo B. D. WEISMANNO prolati, quod sit illa destruictua potius quam adseriuia, Pelagianismi & Rationalismi excrementum, haeresium terminus & complementum, petulantis licentiae in mysteria quaevis exemplum stupendum. Addatur & illud, quod ex hoc ipso laudatissimo Auctore Cel. CLEMIVS l. modocit. pag. 511 lit. Y. adlegat. Atat, quam quaeſo obſtupesceret Vir ille pius olim, nunc beatus, ſallus, cum negaret (neque vero etiam, si iudicaflet aliter, fidem ille tum inueniſſet), fieri poſſe, ut, qui Scripturam Sacram verbum DEI eſſe agnoſceret, historiamque Chriſti & Apoſtolorum in illa deſcriptam veram pronunciaret, plus degoget honori & gloriae ac dignitati Chriſti, quam detraetum iam eſt a Socino eiusque familia. Spoliarunt hi Chriſtum aeterna ac naturali, qua veram Illius diuinac naturae, unius eiusdemque cum Patre & cum Spiritu Sancto, communionem innuit, modumque ſubſtendi exprimit, Scriptura Sacra, a Patre generatione; spoliarunt Eum Sacerdotis, peccata noſtra per mortem Suam, quam noſtri loco ſubiit, perque ſuum ſanguinem pro nobis effuſum, expiantis, iuſtitiam DEI explentis, DEIque adeo gratiam, cuius iacturam nos feceramus, nobis iterum conciliantis, munere longe faluberrimo atque exoptatissimo; spoliarunt adeo Eum, praecipuam myſterii partem remouentes, humanaeque rationi & ſuo ipforum captui adtemperare omnia conantes, redēntionis exſpectatiffimae, & in tota Scriptura Sacra, Noui inprimis Testamenti libris, magnifice ubique depraedatae, & euidentiſſime declaratae, immo ſexcenties ſolis ipsius radiis ibi ſcriptae, negotio diuinissimo: at, quod ſufficienter comprobauimus, Dominum tamen Eum eſſe & Moderatorem totius univerſi, eam eſſe Chriſti in throno maiestatis ad dextram Patris potentiam ac dignitatem, ut idem illi, qui Patri, propter hoc Eius regimēn absolutum, debeatur honor, reverentia ſimilis, par gloria, immo adoratio atque ipsa etiam inuocatio, iudicem etiam Eum totius terrarum orbis ex Patris mandato & destinatione futurum aliquando eſſe, & fatentur eorum plerique omnes, & ita etiam acriter propugnant ac tueruntur, ut, qui contrarium adſerere audeat, haereticis eum adſcribere nulli prorūſus dubitent. Verum enimvero ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperiſſe poſſis: ſic non omnis error in omni ſecta naſcitur & omni tempore fouetur. Noſtræ eheu! noſtræ tandem aetati reſeruata eſt illa calamitas, quam praefagiſire ante haec noſtra

stra tempora vix quisquam sustinuisse, ut, quis hoc credat? vel ipsa  
 haec veritas clarissima, tam largiter ac lubenter a Socinianis conce-  
 fa, regia, inquam, Iesu Christi, Domini, dignitas, imperium Eius in  
 omnia potentissimum, suum olim unicuique tribuendi potestas, non in  
 dubitationem modo adducatur, sed, idque saluis scilicet! etiamnum  
 Scripturae Sacrae oraculis, evertatur plane ac proflus abnegetur. O  
 stupendam malignitatem hominum! O miserabilem dierum nostrorum  
 sortem! Quis quaeso satis eam deplorauerit? Non de iis iam conque-  
 dor, qui ipsam Scripturam Sacram omnemque diuinitus factam verita-  
 tum caelestium, salutem animarum aeternam spectantium, reuelationem  
 reiiciunt, & christianam religionem palam conuiciantur & penitus  
 eiurant. Mitto Eduardum Heribertum *de Cherbury*, Ioh. Tolandum,  
 Ant. Collinum Matth. Tindalium, Thom. Woolstonum, Morganum,  
 Chubbium, Sam. Garvishium, &c. qui in viuis ait: Hunc est, Dav. Humium;  
 taceo quos Gallia quosque Germania nostra alit, religionis Christia-  
 nae aduersarios, quorum vel nomina vel scripta recentere hic longum  
 foret & absque omni utilitatis alicuius fructu. Eum ego noto, qui,  
 retento Christiani seu boni hominis (synonyma enim ei haec sunt)  
 nomine, agnita Scripturae Sacrae diuinitate, ad craftos tamen istos Em-  
 paectas & Naturalistas quam proxime his ipsis annis & diebus accessit.  
 Fuerunt quidem dudum, qui ad insanissimum hunc, de quo mox disser-  
 ram, conatum viam pararunt. Vidimus, qui uniuersitas sacras litteras  
 ad Naturalistarum, moderatorum paullo nec dum penitus insipienti-  
 um, placita adcommodare adlaborarunt. Vnum ego heic nominabo,  
 satis illum celebrem, quem, vix dubito, quin is, cum quo manus me  
 conferere mox oportebit, auctor in Praefatione sua admodum animo-  
 sa, quam versioni vel, ut verius loquar, peruerisioni Euangelii Lucae  
 praemittere ei placuit. simul significauerit, quando ibi in memoriam  
 reuocare nos iubet tempora ante hos tringinta vel quadraginta annos  
 praeterlapla, quibus quidam veritatis doctores scilicet! ab ignorantia  
 in summum adduci fini fastidium, cum contra hodie fastidiosi isti vi-  
 ri ab omnibus rei intelligentibus vere fastidiantur. Siue nero hoc ita  
 se habeat, siue alia fuerit auctoris huius mens; ego quidem famotissi-  
 mum illum noto Ioh. Laur. Schmidium, Suisfurtem, informatorem  
 tum temporis Wertheimensem, qui 1735 (XXX. abhinc annis) no-  
 tam edidit *Pentateuchi versionem*, subiunctis adnotationibus, qui liber  
 quantum excitauerit strepitum, inter omnes constat. Vix vero hoc la-  
 boris illius specimen prodierat, cum ad supremum imperii Romano-  
 Germanici tribunal, tamquam capitalis religionis christianaे hostis &  
 proter-

proterius diuinæ veritatis cauillator, deferretur, & innumera fere scriptorum ubiuis aduersus eum editorum multitudine oppugnaretur. (21). In custodiam ille datus caussam capit is dicere iussus est sed fuga periculo euasit. Memoratu de vesano istius hominis conamine digna omnino sunt auctoris captiuitas & custodia, unanimis prope Zelus aduersus hunc abortum singularis plane exempli, in primis vero edita summorum totius fere Germaniae magistratum: quae singula in scriptis in nota adlegatis prolixè commemorata legi possunt & legile jubar. Moderni, eiusdem cum illo Wertheimensi interprete furfuri, auctores habent, quod sibi gratulentur de tolerantiae, quod vocant, principio, quod nuperrime etiam Dominus de Voltaire (22) stabiliti voluit, cuius deinceps beneficio, quidquid in buccam venerit, effutre unicuique licebit. Animum certe illud addidit auctori, quocum res mihi nunc erit, ut singulos N. T. libros deteriori multo atque insolentiore ratione, atque ille Schmidius Pentateuchum suum, peruertere conaretur ac petulantissime depravare. Optarem equidein, sufficeret ei, & se ipsum nunc holce infelicissimos ingenii lui foetus eni-  
xum esse, & ante hos decem & quod excedit annos Berolini *Institutionem Christianam*, e gallica in germanicam linguam conuersam, cuius auctor erat *Iacobus Vernetus*, Geneuensis Professor, editam esse: quo in libro, prout ex recensione eius *Kraffiana* (N. Th. Bibl. 88. St. T. IX. p. 667-695.) intellexi, dicta ea omnia iam sunt, quae in doctrina Christiana, quam, systematibus nostris oppositam, sub finem *praef. ad Ev. Lucae* editurum se proxime esse ait, dici ab eo poterunt. Tandem etiam non diffiteor, esse me ex illis, qui, ut verbis eius in fine praefamini parti primae operum illius praemissi utar, indici librorum prohibitorum tria ista volumina ut inferantur, ex animo peroptant.

(21) Leg. *Anhang zu dem Isten Band der Actorum Historico-Ecclesiasticorum Vi-*  
*mariens*. p. I. 104. II. Band. p. 145-172. 480-496. 608-663. 835-849. 1000-  
1015. III. Band. p. 136-156. in primis autem M. Iob. Nic. SINNHOLDI Hi-  
storie der Wertheimischen Bibel IV. Theile. 1737-1739. Erf. 4.

(22) *Abhandlung über die Religions-Duldung &c.* Leipzig 1764.

## PARS ALTERA

### POLEMICA.

#### S. XXV.

Eo itaque nunc ego deuoluor, ut, quid de hac, quam pertracta-  
vi hucusque Iesu Christi Domini Maiestate Regia doceat sentiatque  
Versionis nouae librorum N. T. germanicae, tribus nunc voluminibus

hoc ipso anno editis comprehensae, auctor, declarem, opinionesque eius nouas examinem. Nominare auctorem vix audeo, deterritus auctoris ipsius rigidis admodum ob hanc ipsam sui patesfactionem querelis, quae in praef. ad Ev. Lucae habentur, his verbis: der Verfasser der Übersetzung hat auf dem Titel seiner Arbeit sich selber nicht genenmet, und er hat dazu seine gute Ursachen gehabt. Der Warheit kommt es nicht auf Namen und Personen und Titel, sondern auf die Sache an: mag doch der Mann, der sie vortraegt, heissen, wie er will; untersuche du nur die Sache, ob sie Warheit sey: Wer nun aler dem Verfasser doch einen Namen aufs ungewisse aufdringen, handelt der nicht unbefcheiden? Et denno in Praef. ad primum volumen: Will man gerne wissen, wie der Name des Verfassers dieser Arbeit heisset? Menschen-Furcht hindert mich nicht, diesen Namen öffentlich zu nennen: dafür hat die goettliche gute Regierung schon gesorgt, daß kein Feind mich, dieser Arbeit wegen, gefaeren kann. Dennoch aber habe ich genugsame Ursache, meinen Namen nicht zu nennen: sonderlich deshalb, weil einer so wichtigen Sache, wie die Religions-Warheit ist, an dem Namen eines Menschen nichts gelegen seyn muss. Davor aber kann ich wol warnen, den unbefcheidenen oder gehaessigen Nachrichten einiger Zeitungs-Schreiber desfalls keinen Glauben beyzumessen. Cum vero partim lubrica sit & multiplici ratione limitanda haec regula: non quis dicat, sed quid dicatur, respiciendum esse (qua de re legatur omnino ac relega ut eximia dissertatio b. D. WEISMANNI, cui titulus: *vis reciproca errorum in errantes & errantium in errores.* 1741.); partim autem non incerta sit coniectura, quae non nisi ephemeridum Scriptoribus debeat, sed certo & ex indubio constet documentis, quis versionis huius nouae germanicae auctor sit: non admodum, puto, immodestus, multo minus falsus, ero, si, post Celeb. Dominum Prof. CLEM MIVM (23) in der Einleitung in die gesammte Theologie III. Band. I. St. p. 59. 117. 120. 121. 127. (heic auctor ipse versiones suas Berolino ad S. R. D. Pr. Clemmum mittendas curas dicitur.) & postea saepissime; Ven. M. Chr. Gottfr. HASIVM, Pastorem in Marchia Brandenburgica, in egregiis, quas edere hoc anno coepit, vindiciis Scripturae Sacrae aduersus incredulitatem &c. Ven. Dom. ZIMMERMANNVM, cuius supra §. H. mentionem feci, aliosque permultos, adseuero, (24) esse illum Christianum Tobiam Dammium, Gymnasii Colonienfis Rectorem Berolinensem, Giethen in districtu Lipsiensi ineunte anno superioris saeculi ultimo natum, & per varios iam, quos edidit, libros (25) nominis sui celebritatem nactum.

(23) Vir

- (23) Vir hic, omni a me obseruantia colendissimus, plurimos N. T. libros Dam-  
miae editionis (reliquos accepi ex bibliotheca publica Vniuersitatis nostrae,  
procurante Meritissimo Illius Inspectore, Exc. Dn. Prof. KIESIO, auctore ac  
praeceptore olim meo colendissimo) benevolentissime mecum communicauit:  
pro qua singulari Vtriusque Viri, dudum mihi cognita compartaque, humanita-  
te ac munificentia maximas Vtrique & habeo & publice nunc ago gratias.
- (24) Primus, ni fallor, suspicatus hoc auctoris nomen est ex ficto nomine *Theodo-*  
*rus Klema*, primae Ev. Ioh. editionis, quae 1762. in lucem prodit, praefixo  
Ven. Dom. Andr. Gottl. MASCHIVS, Conc. Aul. in libri citati prafatione  
p. 5. sq. in nota.
- (25) Praeter nouissime editos libros: *Nov. Lexic. Graec. Etymolog. &c. Reale ex*  
*Hom. & Pindaro; Erklaerungen aus der Weltweisheit; Einleit. in die Goetterlere*  
*und Fabelgeschiebe der altesten Welt*; noti sunt alli huius Viri labores, v. gr. *Ve-*  
*bersezung gesammter Briefe des Cicero. IV. Theile. 1737-1747. Brief des Apostels Ia-*  
*cobus, von neuem uebersetzt &c. Berlin, 1747. 8. &c.*

## §. XX VI.

Accidit Dammio, quod in Praef. ad Ev. Matthaei multos minari si-  
bi dicit: *Man drohet mir mit scharfer Widerlegung: aber welche Warheit*  
*in der Welt ist nicht heftig bestritten worden?* (neque sane ulla magis,  
quam diuinissima illa veritas de Iesu Christi Θεανθρωπου persona &  
officio) -- *Will man mich zu einer gewissen Partei, deren Name sich in aner*  
*endet rechnen; der soll wissen, dass er mir zu viel thut. Ich habe von den*  
*Schriften derselben Partei nie ein Blatt gelesen.* Hoc vero quis Dammio  
credat? Audiamus eumdem, animosiorem redditum, in praef. ad Ev.  
Lucae: *Redet man zu mir von Socinianern: so antworte ich, ich begere*  
*weiter nichts in der Religion zu seyn, als ein apostolischer guter Christ.*  
*Nachstdem verwundre ich mich, wie wir Protestantische kleine Paebste, ir-*  
*gend einen Namen einer Partei, die mit gutem Grunde nicht in allem unsrer*  
*Meinung beistimmen kann, für einen Schelt- und Schimpf-Namen achten*  
*koennen; da wir ja wissen, wie unser Name bey dem grossen Paebste, und*  
*bey dessen vuuren Glaubigen, angeschrieben steht.* --- Ich acceptire, dass er  
(der Koenigsberger Herr Recensente XIV. St. 1765.) gestehet, ick halte es  
nicht in allem mit den Socinianern: folglich muss er die Arbeit nicht voel-  
lig Socinianisch nennen vuollen. Ad reliqua, quae ibi scribit, nihil ego  
heic regeram. Id vero monere mihi liceat, adduci me nullo iam modo  
posse, ut fidem Dammio habeam, adseueranti, nihil umquam se So-  
cinianorum scriptorum legisse. cum tamen optime, quod heic fatetur,  
noverit, non in omnibus Socinianos se sequi. Ex aliorum enim de So-  
cinianorum doctrina scriptis vix credibile mihi esse videtur, tantam  
eum dogmatum illis priorum notitiam haufisse, ut, quae ex suis  
conuenient cum illis, quae minus, distinguere tam facile queat. Et  
profe-

profecto in haud paucis a Socinianorum placitis discedere longeque etiam illis peiorem esse *Dammum*, quaelibet fere operis eius pagina quemuis edocet, ita ut non possim non mirari, quam plurimos, qui mentionem eius fecere hac tenus, & in his vel ipsum, acutissimum, D. D. ERNESTI (in N. B. Th. Vol. V. p. 693.), existimat & indicasse, sistema *Damii* esse ipsum Systema Socinianum. Licet enim nihil sit quidquam peruersum, absonum, erroneum, immo blasphemum, quod Socinianorum Systemati inest, quin & idem cum illis statuat eamdemque cum illis tibiam inflet *Damius*; habet tamen *Damius* complura, a quibus vel Socinus ipse, si hodie vineret, cum uniuersa eius familia, abhorret, & quae abominanda pronunciare hi non dubitarent. Qui enim Iesum non agnoscunt esse Christum seu caelestem illum populi diuini Regem, ac porro Eum divina ratione colunt, *Eiusque nomen inuocare dubitant: Christiani* (ita Catech. Racov. p. 92. iudicat) *hac tenus non sunt, quamvis alioqui Christi nomen profiteantur, & doctrinæ Illius se adhaerere divant.*

## §. XXVII.

Sed inquirere me nunc oportet in illa *Damii* adserta, quae argumentum meum speciale proprius spectant, quaeque eo tendunt omnia, ut gloriam Iesu Christi regiamque potestate penitus obscuratique euerat. Monstrabo itaque, quid Christo detrahatur ac neget, qua ratione Scripturae dicta opinionibus conformare suis admittatur, quae sint, quibus impulsum se esse ad tam audax facinus prodit, cauillæ, quis sit, quo ubique utitur, agendi, &, cum doctrinas ipsas ac veritatem caelestem, tum vel maxime etiam doctores & theologos, tractandi, modus, quam vel tandem doctrinæ Christianæ Summam ipse efficiat, & quos denique ex systemate tali, secundum sua principia adorato, fructus ipse speret. Omnia haec ita ego tradam, ut, cum scripta *Damii* non sint in multorum manibus, verba eius ubique ipsa adlegem & veritatem a mendaciis ei oppositis vindicem. Rogatos vero omnes ac singulos volo, qui insana *Damii*, qui omnem, non dicam, verbi diuini reuerentiam, sed DEI ipsius timorem, quem tamen hic ibi simulare conatur, penitus abieciisse mihi videtur, placita & effata lecturi in his paginis sunt, ut & se ipsos aduersus satanica eiusmodi tela (ITim. IV, 1.) ac corda sua contra similes, quos minitatur ille cum aliis, impetus confirmat ac muniant, verbum DEI & legendu semper & Spiritus Sancti ductu precibus continuis atque ardentibus implorato meditando studiosissime, &, horum veritatis diuinae hostium,

a malo actorum Spiritu, DEIque longanimitate in suam ipsorum per-niciem stultissime abutentium, misericordia moti, DEV M ac Saluatorē Optimum implorent, ut eos, qui & adsunt iam & sequentur, ad meliorem reducat frugem (26) Saranaeque, quibus capti sunt, la-queis eripiat: quodsi autem, Pharisaeorum ad instar (Matth. XII, 24-32), omnibus Spiritus Sancti gratiosis operationibus pertinaciter restituti semper sint, abigat eos ab ecclesia & hanc Suamque Ipsius glo-riam ab iniuriis illorum & insultibus petulantissimi vindicet. Id faxit DEV S!

(26) Placuit mihi votum auctoris, qui Versionem Max. Tyrii a Dammio adorna-tam recentiuit in der allgem. deutschen Bibliothek I.B. I. Sr. p. 61. Moechte doch, ita optat ibi, dieser Gelerte die Griechische Sprache, und seine Gelersamkeit überbaupr, so anwendet, dass er, wie Young sagt, nicht durch sie umkomme!

### §. XXIX.

Quis itaque vel tandem est, ex mente *Dammii*, unigenitus DEI Filius, Saluator noster Optimus ac Perfectissimus, Rex ac Dominus cae-li terraeque supremus? *Doctor* est, isque omnium excellentissimus, quod primus Ipse eam docuit religionem, quae ad *omnus* omnino omnium & temporum & locorum homines, cum Iudeos, tum gentiles, spectat. Licet enim DEV S per *Socratem*, *Platonem*, *Epicurum*, *Pythagoram*, aliosque id genus complures doctores diuinos, qui, & apud Latinos, & apud Graecos praecipue, morum tradidere doctrinam, Suam homi-nes docuerit voluntatem: nullus tamen eorum, nemo etiam ex Iudeo-rum magistris ac prophetis, tanta cum *certitudine*, *evidentia*, *auctoritate*, quanta Iesus, id perfecit, qui diuina proflus ratione rem istam pro-posuit clarissime, certissime, & cum summa autoritate. Neque vero quidquam praeminens hic Dammianus doctor docuit aliud, nisi ipsif-*simam*, quam vocant, *religionem naturalem*, naturae hominis conuenientissimam, in eaque sola fundatam, cui *pleni*us nunc certiusque ac clarius proponenda a DEO, qui etiam donis ad id Eum extraordinariis instru-xit, erat destinatus. *Initium* vero tantum, & prima quasi ffamina ac fundamenta huius tantae rei, per Ipsum posita sunt, quibus postea de-mum a legislati Exus superstruendum erat totum religionis naturalis in toto terrarum orbe existuendum erigendumque aedificium. Et ut di-vina Ipsiis auctoritas agnosceretur eo libentius, fidesque Ei, ut DEI legato, ad homines mislo, haberetur, *miracula* DEV S per Eum edidit lon-ge plurima maximaque. Neque vero fieri demeeps alter poterat, quam ut Iudei, caerimonii suis cultuique leuitico, quem destructum Iesum

Iesum ire videbant, doctrina sua, nemini ante homini tam distincte ac certo cognita, de misericordia gratiaque DEI libera, tamquam unico remissionis peccatorum aeternaque hominibus dandae salutis fundamento, addictissimi, e medio Eum tollere supplicioque adficere grauissimo studerent: quod ipsum vero, DEO sapienter ita moderante, eo deinceps inferuiebat, ut doctrina Christi verissima ac diuina plane confirmaretur, nobisque patientiae simul *exemplum* daretur longe perfectissimum. Post resurrectionem Christi in beatissimum Eum DEVS glorioſiſſimumque statum collocavit, quae Ipsius beatitas & gloria in eo potiſſimum est posita, ut religionem, cuius auctor Iple olim fuerat, ubique nunc *ſtabilitam*, immo in futurum etiam latius adhuc *propagandam*, tam summa voluptate videat. Haec est, quae *personae* Christi competit, singularis illa praerogativa. Magis igitur nunc *cauſam* Christi, seu res, quas docuit, religionis naturalis praecepta, quam personam Illius, cuius rationem amplius nos ut aliquam habeamus, necesse non est, respicere, maximique habere, nos oportet. En uniuersam *Dammis* de Iesu Christo doctrinam! Nil docet amplius! Figmentum habet, cum Socinianis, aeternam Eius ac supremam deitatem; blasphemam dicit & in DEV M quam maxime iniuriam, quam cum Scriptura nos docemus, factam per Christum hominum cum DEO DEIque cum hominibus reconciliationem, effuso Illius sanguine ac morte cruenta fundatam; negat, nobis certe prorsus ignotam atque incomprehensibilem perhibet omnem, quae hodie Ei competit adhuc, operationem ac gubernationem in terris; cultu Eum omni penitus fere defraudat ac privat, potentia, regia dignitate ac maiestate, imperioque in omnia abſoluto, penitus Ei ademtis & in unum DEV M Patrem reiectis. Sed audiamus *Dammum* ipsum, cuius quidem pestifera dogmata ita nunc exhibeo, ut nec additur verbis Eius quidquam neque etiam eorum, quae ad rem faciunt, vel tantillum sim omissurus. *Iesus* (ita loquitur & hac scribendi etiam ratione uitur *Dammis*, in Praef. ad Ev. Matth.), der *Meffias* des *Jüdischen Volkes*, und der goettliche Lerer für alle Menschen, ist dazu von Gott gesendet und ausgesetzt worden, die allgemeine einfältige und wvirklich heilſame Religions-Wahrheit, one alle Vnbegreiflichkeiten (mysteria sic vocat sanctissima), so wie auch one alle vwillkührliche Gebotte, zu leren, und durch seine Boten leren zu lassen. Das ganze Amt Iesu ist, (Ev. Ioh. n. 488.) die vware reine gottgefällige Religion, theils selbst, theils durch seine Boten, zu leren. Wer ein mereres dazu setzt, der dichtet was dazu. *Iesus* (Math. n. 11.) heisst *Heil*, Errettung. Denn der grossiſſe Gefande Gottes, der *Meffias*, sollte dem *Jüdischen Volke*, vvelches sein Volk

Volk, theils vvegen der Verwandtschaft und Abstammung vom Abraham, theils, weil er diesem Volke verheissen war, und dieses Volk einen außerordentlichen grossen Propheten unter dem Namen Messias erwartete, heisset, hiernachst aber auch allein andern Voelkern, das rechte Mittel, welches besser als alte Opfer und Gebraeuche sey, zeigen, wie sie Vergebung ihrer Sünden, d. i. die Gnade Gottes haben koennten: nemlich lediglich aus der Erbarmung Gottes, in der Ordnung eines dem allwissenden Gotte gefaelligem Lebens nach ihrer Moeglichkeit. Messias oder Christus (Matth. n. 1.) d. i. der hochbegabte Lerer von Gott, und der außerordentliche Bote Gottes. Das Amt und der Zweck (ib. n. 64.) des Messia vwar, die Herzen der Menschen von irrgren Vorstellungen in Religions-Sachen, und von boschen Gefinnungen, zu heilen, und ihnen den Weg zu ihrer wahren Glückseligkeit zu zeigen. Man muss (ib. n. 387.) ja nicht vergessen, dass Iesu gesendet ist, die Religions-Wahrheit rechtfärtig aufzuklaeren, goettlich zu autorisiren, allgemein zu machen, und mit den, sonst nur gemuthmasseten, guten Hoffnungen zu Gott, ungezweifelt und richtig zu bereichern. Iesu hat (Marc. n. 106.) die Anlage gemacht, die Einzige vware Religion (deren Inhalt ist, liebe Gott, liebe deinen Nachsten, bessere deine Gefinnungen und Handlungen) auf Erden allgemein zu machen. Gott hat verschiedentlich (ita in Ep. ad Hebr. n. 2.) zu den Vorfaren der Juden, durch die Propheten, durch Lerer, die er besonders begabt gehabt, geredet: Gott hat aber auch eben so verschiedentlich zu andern Voelkern, durch Lerer, die gleichfalls von ihm begabt waren, geredet. Ein Pythagor, ein Socrat, ein Epicur (vvenn man diesen letztern nur recht verstiehet), und vwie sie weiter heissen, waren nach ihrer Art goettliche Lerer, in Anschung der Moralischen Wahrheiten. Aber durch den Son, hat Gott in unsrer Tagen recht vollstaendig von seinem Willen in Sachen der Religion geredet. Es gibet Leute (Luc. n. 544.), die nicht wissen, was denn Iesu geleret habe; oder, was er denn neues in der Sitten-Lere geleret habe, das ein Plato nicht gewusst. Aber erstlich, liess die Evangelisten und Apostel nur mit Bedacht, und lerne sie verstehen: Zweyten, sind nicht neue, und goettlich gewiss gemachte, Beweggründe bey der Lere? Z. E. die künftige Belohnung der Wohlthaten? Drittens, war denn die Lere vorher so goettlich autorisiret? Der Messias (Luc. n. 662.) ist der allgemeine Lerer für das ganze menschliche Geschlechte, zu Anweisung der wahren Religion mit allen ihren Pflichten und Hoffnungen. Er ist ein Einziger, denn es gibt nur Eine goettliche Wahrheit in Religions-Sachen: die ist durch ihn entdecket, und goettlich autorisiret. Moses war ein goettlicher Bote; aber nicht für das ganze menschliche Geschlechte, auch nicht auf ewig. Iesu Lere ist, in sich selbst, so alt

als das menschliche Geschlechte, und v wird auch eben so lange dauernd als Menschen sind; sie ist ihrer Natur nach allgemein und ewig. Von einem Ver-  
soen-Tode (ib. n. 664.) weiss das Neue Testament nichts, venn man die Ausdrücke derselben im Zusammenhange betrachtet; nemlich, als ob Gott, und dessen Gerechtigkeit, durch den Tod Jesu habe versoenet werden müs-  
sen (clarissimis vero verbis hoc ipsum dicitur Rom. III, 24-26. V,  
10. sed in his locis n. 113-117. & 163. adeo se praebet Damnius inhu-  
manum, agrestem caecum, ut verba eius hoc transcribere me profe-  
cto taedeat. conf. S R. D. ERNESTI N. B. Th. T. V. p. 602. 604. &  
680-682.), und als ob der Tod Jesu eine Genugthung bei Gott für die  
Sünden der Welt habe seyn müssen (hoc exstat Ioh. I, 29. Ioh. II, 2.,  
sed & h. l. meram agnoscit Damnius adulationem ad sacrificia Iudeorum  
expiatoria & alia id genus gratiae mediae, quorum loco omnibus  
nunc hominibus in doctrina Iesu monstratur, qua ratione peccata apud  
DEVM nostra expiari debeant, not. 15. & in Ev. Ioh. n. 42.). Eine  
Versoenung ist freilich gestiftet: die bestehet aber darinn, dass der Religi-  
ons-Hals zwischen Iuden und Heiden, abgeschaffet, und alle Menschen  
zu einer wahren Religion gesammlet, werden sollen. Christus und Messias  
(Matth. n. 720.) heissen auf deutsch der Gefalbete: und da das Wort  
Salbung in der Schrift, eine von Gott verliehene besondre Ausrüstung mit  
Erkenntniß des goettlichen Rathes und Willens, und mit Einsicht in goett-  
liche Religions-Dinge, bezeichnet, so ist dieser Gefalbete der grosse von  
Mose verheissne Prophet und Lerer, der, wie Moses, unmittelbar von Gott  
selbst, ausgerüstet und unterrichtet seyn solte, der Welt den goettlichen Rath  
und Willen in Sachen der Religion zu offenbaren. Die Iuden erwarteten  
einen solchen goettlichen Lerer, und die Propheten hatten von ihm vorhergesu-  
get (27). Ein grosser Prophet aber heisst ein goettlicher Lerer, der ser-  
vichtige und bisher nicht erkannt gewesene Warheiten ankündigt. Er  
heisst ein Son Gottes wegen seines Vorzuges vor allen andern Menschen, da  
Gott ihn besonders begabt, und sich genau mit ihm vereinigt (vellem huic,  
verae, notioni altius inhaesuisse, eamque ex aliis claris Scripturae dictis  
pleniū certiusque cognouisse!); zu welchem Grade der Vereinigung  
(non modo de gradu, sed de modu) unionis DEI longe diuersissimo Scrip-  
tura loquitur Ioh. I, 14. II Cor. V, 19, 1 Tim. III, 16. Ioh. X, 30.  
Ioh. XIV, 9. 10.) andre Menschen, die auch Soene oder Kinder Gottes heis-  
sen, nicht gelangen. Wie jemand heisst (ib. n. 404.) ein Son des Argen,  
d. i. ein Werkzeug der Bosheit und der Verfürting und des Schadenstiftens:  
So heisst hingegen Jesus im hohen Grade ein Son Gottes, d. i. ein recht goettli-  
cher, Heil und Gutes stiftender Mensch. Jesus, als der Christus, (ib. n. 176.) war  
der

der Principal-Gefandte Gottes, zunächst an das Iüdische Volk, und sodann mittelbar an alle Voelker. Die Wunderwerke (ib. n 182.), die Gott durch Jesum und seine Apostel verrichtet hat, sind immer ein Anstoß gewesen bei solchen, die die Lere Iesu, und die Beschaffenheit des Iüdischen Volkes, und der damaligen Welt, nicht bedachtig genug einsehen. Sie sind aeußtere Beweise von der Goettlichkeit seiner Sendung: die innern liegen in der Lere selber, die vor aller Vernunft recht goettlich ist. Bei andern Voelkern hatten die guten Lerer, die gleichsam nur eine halbe Ausrüstung gehabt, sich nur an die moralischen Werkeiten gehalten, den öffentlichen Gottesdienst aber, und die Lere von Gott, gelassen, wie sie es bey ihrem Volk gefunden. Daher sagete ein Pythagor, ein Socrates, und deren gleichen, man muß die Gottheit öffentlich vereren, so wie es in den alten Landes- oder Stadt-Gesetzen verordnet, und wie es durch den langen Gebrauch eingefüret, ist, ὡς νομισατ. Iesus kam mit der ganzen Ausrüstung: er sollte alle abergläubische unrichtige Gebräuche und Sazungen umkreisen, und Eine reine aufgekläerte Erkenntniß Gottes, Eine einsaitige heilsame Religion, lernen: und zu dieser ganzen Ausrüstung gehörte damals, der wunderwirkende Beistand Gottes, die Menschen aufmerksam auf die eigentliche und Hauptfache zu machen. Kann man etwa Gott diese wirkende Macht absprechen, wenn er sie noethig findet? Wie er es bey solchen ploetzlichen Wunderwerken machtet, das begreife ich zwar eben so wenig deutlich und hinlaenglich, als ich es begreife, wie er es machtet, wenn er seine, nach und nach geschehende, Wunder in der Natur verrichtet Dass heutiges Tages, und bey uns, keine solche ploetzliche Wunder geschehen, rüret daher, weil sie bey uns nicht noethig sind. Wir dürfen nur die reine Lere Iesu gehoerig überdenken, so empfielt sie sich von selbst zur Genüge, bey allen die denken koennen und wollen, οὐτε αἱ τὰ Wunder. Ja man kann sagen, ferne seye es aber, es so leichte hin zu zugestehen, dass, wenn auch einige verrichtete Wunder etwas übertrieben erzalet waaren, oder dass bey einigen gar etwas natürliches zum Grunde gelegen, wie z. E. bey den Verstorbenen, die wieder auferwecket worden, und die nur stark unmächtig gewesen seyn moechten, solches uns keinen Anstoß machen koennte. --- Vns gehen alle damals geschehene Wunder gar nicht so an, als ob sie der Grund unsres Beyfalles seyn müßten: sondern die Lere selber ist der Grund desselben. --- Wir brauchen uns auch mit Niemanden, der wider Wunderwerke dieses oder jenes einvenden zu koennen vermeint, aufzuhalten, sondern wir verwiesen ihn lediglich auf die Lere Iesu. Similia loca fere innumera per singulos N. T. libros allegari a me possent: iisdem enim verbis sexcenties repetitis eadem deliris, quavis nunc data nunc arrepta.

ta occasione, effutire amat; id quod vel ex his, quae adduxi haec-  
tus, patet. Sed ulterius progrediendum mihi est.

(27) Longe aliam atque haec est nominis Messiae vel Christi, Iesu tributi, deni-  
vationem statuit *Damnius* in Praef. Tomo II do praemissa, quam in praef. ad Ev.  
*Lucas* omiserat. Post solutam demum capricoriam Babyloniam, Iudeos, regem  
iterum ex sua ipsorum gente & optantes &, quod peculiarem se DEI populum  
esse imaginati sibi sint, sperantes, vaticiniis praesertim prophetarum quorundam  
post Danielen, immo huius etiam ipsias, nixos, incepisse statuit in antiquorum  
prophetarum scriptis quaerere, annon & hitale quid praedixerint, & sic omnia  
deinceps loca, ubicumque vox *ancetus* reperta fuerit, de recente sperato rege  
Messia interpretatos esse. *Damnius* autem, ex sua heic natura Iudeos singens,  
quo modo originem hanc commentitiam confirmaret, non inueniebat: ego,  
res tam fates, futilis, qua ratione infirmem ac diluam, non reperio. Legantur  
& ea, quae in priore parte ex V. T. adlegau, & ea, quae mox nunz dicentur:  
& habebitur sufficiens, puto, & iusta responsio. Conf. autem S. R. D. D.  
COTTAE Diff. de ritu inaugurationis &c. Goett. 1737. §§. 5. 16. C. M. PFAFFI  
Diff. deunctionibus Clirifi &c. 1727. p. 3 fs. Herm. WITSII Ex. S. in Symb. Ap.  
Ex. X. §. 4 fs. Praecipue vero hoc pertinent, que dixi supra §. X.

### §. XXIX.

Praemittam, quam sub finem demum subiungere animus antea  
michi erat, *Summam doctrinae christianaæ*, docente inimicorum *Damnio*, ut  
& mens eius & consilium integrum eo plenius ab initio statim euilibet  
patescat. Fidei suae confessionem exhibit *Act. n. 367.* ich verere mit  
*Demuth den einigen Gott:* ich schaue seinen hochgeliebten Gesandten Jesum hoch,  
und erkenne mich verbunden, seine heilsame Lere zu befolgen, und seinen Ver-  
heissungen zu glauben: ich bescheide mich gerne, dass in dem goettlichen  
Wesen solche Tiesen sind, die vir in dieser Sterblichkeit nicht ergründen  
können: ich traue aber auch der goettlichen Weisheit und Güt zu, dass er  
nichts mir schlechterdinges unbegreifliches zu offenbaren begeret; und dass er  
weiter nichts von mir zu erkennen und zu glauben fordert, als was mir zu  
diesem und jenem Leben dienlich ist. Similis plane fidei professio legitur  
& propofita & refutata in *Cel. D. H. WATTSII libello*, quem a *I. H. Grischouio* in germanicam ex anglica lingua translatum adiectis obseruationibus edidit b. *Abbas I. Ad. STEINMETZ*, *Verschöppfer Chri-  
sti &c Halle 1737. Sect. I. p. 5. fs. ubi quam plurima Dammii adsera  
reperiunt iam licet. Sed iterum audiamus *Damnum*. *Die Lere Iesu spricht*  
(ita ait Rom. n. 25.): *glaube es Gotte zu, und er hat es durch mich und*  
*meine Boten goettlich gewiss gemacht, dass er dir aus Gnaden, one vœi-  
tere Mittel, alle Sünden vergeben will, wenn sie dir herzlich missfallen,*  
*und du mit Gottes Beistande den Vorzuf hast, dem goettlichen Moral-Geset-  
ze gerülich nachzuleben; dessen troste dich, und thus was du kannst und*  
*bette**

*butte fleißig.* Plura hac de re adferre non licet. Dicam statim aliquid de fructu & infligni usu, quem ex hac noua sua doctrina redundaturum esse *Dammius* promittit. Tollit sic putat, sublatis scilicet quibuscumque mysteriis, h. e. doctrinis rationi non per se evidentibus & iucundis, caussas dissidiorum funestissimorum; Iudeos, Gentiles, Muhammadanos, Empaectas, ad nostram, ita constitutam, ecclesiam mox sperat esse accessuros; scopum religionis christianaee facile hoc modo obtentum, eamque vel tandem ubiuis terrarum propagatum ac receputum iri, tam confidenter adserit, ut & vota frequentissima hanc obrem ad DEVVM faciat, & spem suam de venturo mox novo doctore universalis certissimam ubique confiteatur. At vero, ubi haec religio-nis umbra stabilita fuerit, breui tempore & Scripturae auctoritatem & Christum Iesum ipsum penitus reiectum iri, crassissimum oriturum esse vel deismum vel naturalismum, irridores petulantissimos & sanctissima quaevis blasphemantes insurrectos esse, morum doctrinam prorsus depravatum iri, & opinionibus funestissimis immo & flagitiis ac sceleribus quibuscumque, portas aperiri, prudentes omnes facile vi-dent, perlecto praesertim integro N. T. *Dammiano*. Proridebit DOMINVS, ne pestilentissimum hoc malum latius iusto serpat, & fidem veram saluandorum penitus euertat. Vigilandum autem, si umquam, nostro praesertim hoc tempore, esse, & precandum adsidue atque ar-denter, hi ipsi euentus tristissimi satis superque & docent & admonent.

### S. XXX.

Mirabundus igitur nunc, *Lector beneuole*, quaeres ex me, quonam ergo modo Singularis hic vir Scripturam Sacram, quam diuinam adhuc, licet minuto admodum sensu, esse agnoscit, profitetur certe, his suis nefandis adseritis conciliare studeat? qua tandem ratione ea praesertim loca, quae regiam Christi Domini Maiestatem, imperium Eius in omnia, actiones Eius regias, cultumque Ei praestitum debitumque, & docent clarissime & grauiissime etiam inculcant (reliqua enim, ad deitatem Christi & redemtionem sanguinis effusione peractam pertinentia, a meo hoc praesenti instituto aliena sunt, & in scriptis Anti-Socinianis, *Calouii*, *Scherzeri*, *Speneri*, Ios. *Placati*, Io. *Langii*, aliorumque, inueniuntur), inter-pretentur, ut conformia videantur esse thesibus, quas stabilit, aliunde, quam ex verbo DEI, defumtis? *Facilius enim est*, quod verissime docet Exc. Dn. Prof. PLOVCQVET in *Diss. Anti-Robinetiana de Aequilibrio Boni & Mali*, ante hos paucos dies publicata, dirigere & flectere pro lulu suas cogitationes, donec species quaedam veritatis cum iisdem con-

cilietur, quam quartare genuinos veritatis characteres, adeoque etiam, ut ad caelestes atque a D E O immediate hominibus reuelatas, salutem eorum aeternam spectantes, veritates axioma hoc transferam, solidas eiusdem, e Scriptura Sacra legitime deductas, probationes. Primum, quod ego quidem putem, ac princeps principium, quo uitur *Damnius*, hermeneuticum (non potuit vero non illud adoptare, nisi plurima dogmatum suorum peruerissimorum dimittere statim & ipse damnare voluerit), hoc est: *In Scripturae Sacrae, eorumque in illa in primis locorum, quae res docent ratione humanae, etiam sibi relictae, non plene peruestigabiles, interpretatione quam fieri potest longissime a littera sensuque, quem vocant litterali recendendum, & puris ipsis aduersoribus arbitriis, locutionibus proverbialibus, si loquitur a fratre & orientali, ab iis, qui ardum hoc negotium tractant, indulgendum est.* Sic enim demum locus datur ingenii humani, quod ad fingendum, quam ad credendum, magis est procline, lusibus; sic demum socordia in scrutinio sacrarum litterarum promouetur, licentiaque stabilitur, equilibet extundendi quidlibet. Alterum, aequo ac illud perniciosum & exitiale, omnemque interpretationem efficiens lubricam, incertam, & fallacissimam, principium illius hermeneuticum hoc est: *in interpretando rebus potius est quam verbis sicutum.* Hoc enim modo ad iudicium humanum revocatur veritas facillime, quando e rebus, hoc est, e suis cuique decretis, interpretari liberum est. Ortum exinde aliud, quod cum Socinianis commune ei est, principium, quod ita exprimere licet: *quae non possunt intelligi per rationis principia, ea ita sunt interpretanda, ut conueniant rationis principiis planis atque evidenteribus.* Sic mysteria, rationi omnino prorsus imperitia atque imperscrutabilia, exculpare ex verbo DEI debebunt. En triadem regularum hermeneuticarum, egregiarum scilicet! Has qui sequitur, imperitiaene interpretandi an malitiae vesanissimae reus majori arguatur iure, num incertum esse potest? Non, arbitror, est amplius, quod mireris indicia Virorum grauissimorum de illiusmodi interpretatione lata. Adferam aliqua. Magnif. Dnus PRAESES in Inst. Th. M. p. 47. contortissime & peruersissime interpretatum esse loca quam plurima Damnum rectissime indicat. S. R. D. D. ERNESTI inter alia Damnum notiones suas opinionesque, undecumque desumptas, in textum intulisse ex vero censet. Bibl. N. Th. p. 599. T. V. Cel. Dr. Prof. CLEMENS Dammii exegesim ideo potissimum obiurgat, quod tautologias, hoc est, nihil plane significantes in rebus grauissimis eiusdem sententiae repetitiones statuere, adeoque Scriptores Sacros, per consequentiam naturalem, longissime infra levissimos & nullius prorsus pretii scriptores profanos de- trude-



trudere non erubescit. *Einf. in die Theol.* III B. I. St. §. 128. p. 131.  
Digna etiam sunt, quae legantur, iudicis Ven. Dn. MASCHII l. c. &  
praesertim Plur. Rev. Dn. HASII in Praef. & Libro ipso supra com-  
mendato. At videamus nunc exempla nonnulla preciarum, minu-  
tarum, violentarum, ab usu linguae alienarum, adeoque futilem pla-  
ne atque insanarum eius interpretationem. Vereor autem, ne Hora-  
tii illa verba complementum etiam in me nanciscantur & in Dammio:

Clamat, perisse pudorem,  
-- ea cum reprehendere conor,  
Quae grauis Aesopus, quae doctus Roscius egit:  
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, dicunt,  
Vel quia turpe putant, parere minoribus, & quae  
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.

## §. XXXI.

Initium faciam ab illustri illo & euidentissimo de regia I. C. maiestate oraculo, quod habetur *Ps. CX, 1 ss. coll. Matth. XXII, 44. Marc. XII, 36. Luc. XX, 42 sq. Act. II, 34 sq. I Cor. XV, 25. Hebr. I, 13.* Ante omnia notare licet id, quod apud Matth. l. c. n. 575. negare sustineat *Dammius*, proxime, proprie, & ex mente auctoris sacri, hoc loco, quod de omnibus reliquis Psalmis dicendum esse adferit, de Messia loqui poëtam sacram. *Iudeos*, inquit, quaestuisse in Psalmis *vaticinia*, quamvis auctoribus illorum *nil minus*, quam velle se *vaticinari*, in mentem umquam venerit: interim largitur tamen, libros V. T. sub peculiari directione & singulari auxilio DEI scriptos fuisse, multaque, quorum in illis ut & in Psalmis mentio fiat, tanto magis quadrare in Messiam Eiusque tempora, quanto sollicitius totam populi Iudaici oeconomiam ad venturi huius Messiae rationes DEVS adcommo-  
dauerit. Idem repetit apud *Marcum n. 172.* Iesum hunc locum adle-  
gare secundum *Iudeorum* interpretationem: hos enim, ubicumque fieri id potuerit, omnia explicuisse de Messia Eiusque causa, secundum suas *imaginaciones* persuasionesque. Itemque apud *Lucam n. 677.* & in *Ep. ad Hebr. n. 15.* ubi haec verba leguntur: *es ist gar nicht noethig, dass solche Stellen in den Psalmen zunaechst und eigentlich von sonst nichts, als vom damals zukünftigen Messias geredet zu haben geglaubet werden: denn das ist nicht an dem: sondern es ist genug, dass die Iuden solche Stellen vom Messias auslegen; und wieder die werden ihre eigene Waffen gebrauchet.* Et *Act. n. 61.* der Ort mag nun reden, von quem er zunaechst vwill (apud *Mathaeum n. 576.* determinat, quod h. l. indefinite pronunciat: *der Psalm handelt eigentlich vom Hause David, bei welchem Hause die königliche*

liche Würde, ungeachtet aller Feinde, dennoch bleiben solle: und der Anfang des Psalms, den ein grosser Mann dem David zu ehren gemacht, lautet so: ein Auspruch des Iehovah gegen meinen Herrn, nemlich gegen den König David), so versteunde ihn doch die Jüdische Kirche vom Messia. Licet vero negare nec possit quisquam neque etiam voluerit, esse in his *Dammi* edictis, seniu generalissimo intellectis, aliquid ex vero: nemo tamen facile, nisi aeque ac *Dammi* in diuina Scripturae Sacrae oracula injuriis, ad hunc Ps. CX. applicare ista ansus fuerit. (28) Illustris Dom. I. D. MICHAELIS, tres constitutus quatuorue psalmorum de Christo vaticinantium classes, quarum primae eos adcentset, quos, fieri non possit, ut quisquam, si vel maxime N. T. numquam legerit, neque de complemento eorum aliquid rescuerit, de Davide aliquo eorum quocumque auctore intelligat, qui, cum primum legantur, quemuis statim ipsi edoceant, contineri in se vaticinium de homine aliquo tum temporis adhuc futuro, de promissa Davidi extraordinaria sobole, ad hanc primam classem praeter XL. etiam hunc CX. & XVI. referre nullus prorsus dubitat. In *praef. Colleg. Crit. super hos tres Psalmos.* 1759. Nolim iam hoc transcribere varias variorum de *personalis*, quod vocant, Psalmi huius obiectio opiniones. *Paraphrastes Chaldaeus* quidem, *Aben Esra*, *Sal. Ben. Melech*, aliquique Iudaei complures, nunc de *Davide*, nunc de *Hiskia*, nunc de *Sorobabel*, cogitarunt. De CHRISTO autem reuera hunc Psalmum, idque proxime, proprie, litteraliter, agere, & Christus Ipse docuit, & Apostoli Eius adseuerarunt, & aduersus obiectiones aduersariorum argumentis validissimis, ex inscriptione, ex praedicatis in illo occurribus, ex dictis istis testimoniiis, validissime confirmarunt Viri eruditii permulti (29). Mitto itaque vindicias applicationis, quas solidissime etiam Auditoribus Suis exhibuit S. R. atque Exc. Dn. Prof. HOFFMANNVS in *Collegio suo Philologico-Critico* in omnia V. T. adlegata, quae in N. T. occurruunt, cuius operis editionem publicam a multis desiderari supra indicaui. Audiamus verborum explicationem a *Dammio* confitam.

(28) Leg. omnino Magnis. Dn. PRAESIDIS *Diss. in Zach. VI*, 12. 13. P. III.  
§§. 1-5.

(29) Conf. III. MICHAELIS l. c. p. 456-460. CALOVII *bibl. illuſtr.* ad h. 4.  
iunno GROTIUS ipfe in eximio libello de *Ver. Rel. Christ.* L. V. §. 22. p. 367 sq.  
edit. Koeber. 1734.

### §. XXXII.

*Seze dich zu meiner Rechten, d. i. ich wvill dir mit meiner, alles regierenden und beherrschenden, Macht beystehen, ita Matth. n. 576. & Luc. n. 677.*

n. 677. Zur rechten Gottes sich sezen heisset, die goettliche Macht und Regierung zu seinem Gebrauche und Beystande haben; ein grosses Werkzeug der goettlichen Vorsehung und Haushaltung auf Erden seyn. Ita & in Ep. ad Hebr. n. 15. interpretatur de singulari praesidio & auxilio DEI. Eodem prorsus modo, post Aben Esram & Sal. Iarchi aliosque (cf. Ill. Michaelis l. c. p. 618-6:5.), GROTIUS quoque, penitus heic Iudai-zans, haec verba interpretatur: *securus esto fiducia auxiliu mei: qua quidem loci huius tam illustris explicatione frigidorem magisque ieunam auditam inter Christianos umquam esse negat CALOVIVS in bibl. ill. ad h. l. p. 1090.* Et, tam in Scriptura Sacra, quam in omnibus aliis linguis, prorsus sine exemplo esse hanc expositionem phras eos: sedere ad dextram aliquius, S. R. atque Exc. Dr. Prof. Imm. HOFFMANN adfimat in thes. inaugur. ann. 1760. editis. th. XXVIII. Prope ab his *Iudeorum, Grotiis, & Dammii*, interpretationibus abesse mihi quidem videtur illa, quam D. Tellerus l. c. p. 171. dat, expositio. Nihil putat per sedere ad dextram DEI denotari aliud, quam Iesum Christum esse familiarissimum patris sui. *Eique, uniuersum gubernanti, quovis momento commendare posse eam uniuersi illius partem, cuius administratio peculiari modo Ei demandata sit, ita quidem, ut commendatio haec magnum apud DEVM pondus habeat.* Sensus huius explicationis lucidior redditur per paraphrasin p. 172. subiunctam, nec non per ea, quae p. 177. sq. de finibus regni Christi dicuntur. Displicuit minuta haec interpretatio vel ipsi illi auditori, Tellerio cetera omnium fauentissimo, qui compendium hoc Tellerianum recensuit in der Allgem. deutschen Bibliothek, I. B. I. St. Berlin. 1765. p. 88. sg. Ingeniosa est, neque tamen, meo quidem tenui iudicio, vera ac genuina locutionis huius expositio, quam Ill. MICHAELIS primus inuenit ac proposuit in Colleg. Crit. p. 482-491. neque immutauit in Ep. ad Hebreos p. 122. (30). Reuicit Vir hic eruditissimus, idque rectissime, explications eorum, qui de omnipotentia vel de loco honoris tantum heic cogitarunt. Cum vero b. GEIERI cogitata huic pertinere neget, equidem hand perspicio. *Petita est, ait b. D. Geierus in Expos. Pf. P. II. p. 697. haec loquendi ratio a curia velut aut palatiis regum mundanorum, ubi sedere in solio est fungi officio regis vel iudicis.* Et sine omni dubio hoc id ipsum est, quod per istam phrasin denotatur. *Solti vox non quidem exstat in Psalmo, quod Cel. MICHAELIS Geiero obiecit: at exstat illa in locis parallelis a Geiero allegatis, partim κατα γρυν, partim κατα διαβοια.* Paulus Hebr. VIII, 1. supplet & plene enunciat hanc ipsam Psalmi dictiōnem, quando confeditse Christum ait in dextra throni maiestatis in caelis, itemque Cap. XII, 2. in

dextra *throni DEI*. Explicat vero metaphoricam hanc locutionem verbo proprio *βασιλεὺς* I Cor. XV, 25., licet hoc etiam Psalmi v. 2. respicere dici queat; quod tamen ill. MICHAELIS cum B. D. BENGE-  
LIO certo adseuerare non audet. Conferantur etiam loca Eph. I, 20. sqq. Rom. VIII, 34. Marc. XVI, 19. Act. VII, 55. Hebr. I, 3. X, 12. Math. XXVI, 64. Col. III, 1. 1 Petr. III, 22. Quae itaque erit vel tandem genuina huius locutionis sententia? Si, Paullo teste, *sedere ad dextram DEI* idem est ac regnare, sedere in dextra throni DEI; si porro Dauides ipse statim v. 2. dominationem coniungit eum ista phrali; planum esse puto atque euident, per *dextram seu thronum*, qui lignum est imperii, significari *imperium in omnia*, Ex. XV, 6. Pl. XVII, 7. XX, 7. XLV, 5. LXXVII, 11. XCVIII, 1. CXIX, 15. 16. per *se-  
natum in dextra throni DEI* autem, *aequalitatem cum Patre* Ier. XIII, 13. I Reg. I, 30. Prov. XX, 8. Pl. CXIII, 8. Pl. XCIX, 1. Sede ad dextram meam, certissime itaque hoc dicit: capessit imperium in omnia, eadem mecum dignitate, potentia, honore, gloria (31.); id quod factum esse in exaltatione aut ascensione Christi in caelos, ab omnibus rectissime agnoscitur.

*Aethereas euellus abit sublimis in auras,  
Et dextram subit ipse Patris, mundumque gubernat.*

Non itaque de mero auxilio DEI locutionem hanc explicari posse ac debere, ut ulterius contra *Dammium* disputem, prorsus arbitror supervacaneum esse: & aequo ab usu loquendi, immo multo magis, aliena est illa eius expositio, qua ICor. XV. n. 302. oportet eum regnare, idem vult esse, ac: erit Christus, ex DEI decreto ac consilio, *unicus verus doctor religionis*: hoc enim est, addit, *regieren in der goettlichen Religions-Haushaltung auf Erden*. Putabam, in *lexico graeco Dammiano* vocis *βασιλεὺς* significatum hoc modo explicatum reperi: at fellit fulspicio. *Βασίλευς* ibi est *rex*, *princeps*, & *quidam perpetuus*, & *di-  
gnitate propria*: *caeterum*, hoc post traditam vocis etymologiam additur, *est nomen eminentiae*, & non solum propri sic dicitur rex, sed & alii *praepotentes* & *valde nobiles* dicuntur *βασίλεις*, sicut & apud romanos. *Βασιλεύω*, sum rex, sum praetor legitimus & imperator. Ita & Hesychius *βασιλέως* interpretatur *χρατεῖ*, *δεκτεῖ*. Suidas explicat *βασιλέως* *δεκτός*. Iam, qui fieri possit, ut quis de doctore solo cogitet, ubi sermo est de *hosti-  
bus*, de *subiunctione* & *debellatione* hostium, voce *βασιλεὺς* *absolute* po-  
sita, & intime tamen cum istis locutionibus connexa, immo de *regno*, *abolitis omni principatu* & *omni potestate* & *virtute*, *DEO & Patri*  
tradendo

tradendo, nemo, arbitror, augurabitur, nisi codem, quo Dammius, animo sit affectus, hoc est, interpres malitiosissimus. Nonne hoc unum exemplum omnes supra me expressas hypotheses Dammii hermeneuticas satis demonstrat? Longissime reddit a sensu litterali; non verba respicit, sed res, hoc est, sua ipsius placita & decreta, exprimit; ad rationis suae, corruptissimae, decempedam omnia exigit atque emittitur. Recitus & sentit & loquitur Slichtingius Comment. Poeb. T. II. p. 82. ad I Cor. XV, 25. oportet Christum regnare: loquitur de regno Christi, quod exerceat in hoc seculo, de regno supremae maiestatis in omnia, donec ponat --. Apostolus, citans Ps. CX., ubi DEVS Christum adloquens dicit: sede a dextris meis - regnare substituit pro federe a dextris DEI Merito. Christus enim ita iussus est a dextris DEI sedere, ut simus regnet --. Nam sedere, idque tam honorato loco, quo nullus esse possit honorator apud DEV' M, non otium aliquid significat, sed summam dignitatem ac thronum vere regalem, quod & scabellum pedum cuincit, thronis regum adponi solitum.

(30) Refellit hanc sententiam Ven. Dom. Dec. BVRCKIVS in Gnom. Ps. p. 1090 sq. viro tamen, contra quem disputat, non nominato. Plane eam praeterit S. R. D. D. ERNSTI, in recensione huius libri. N. Bibl. Theol. T. I. p. 22-51.

(31) Prolige & pulchre hanc locutionem explicat per ornatum esse aequali maiestate & omnipotencia DEI b. BRENTIVS, disputans contra Petr. Martyrem & Henricum Bullingerum de divina maiestate Christi. Opp. T. VIII. p. 911 sq. vel libelli seorsim 1562. 4. editi p. 50 sqq. Conf. b. DORSCHEI Comm. in Ep. ad Hebr. p. 30-38. Matth. FLACII Clav. Script. S. ed. 1580. col. 227. & 1111 sq. & Perri Rauanelli Bibl. S. P. I. p. 734. & P. II. p. 1028, quem librum tamquam egregium jure optimo commendat C. M. Pfaffius in den Akad. Reden über ein Colleg. Theol. Methodolog. 1756. pag. 46. Patres, quos vocamus, ad unum sere omnes ita intellexerunt. BASILIVS M. Caef. Episc. de Spir. S. Cap. VI. σύνθετον καὶ οὐδέπιμον propter hanc locutionem Christum vocat Opp. T. II. p. 304. Par. 1637. ATHANASIVS Alex. Episc. nunc ex hoc loco probat, quod sit κύριος καὶ βασιλεὺς ἀδειος, nunc quod ἀντὸς τὰ πάντα διλέγει. Opp. T. I. Or. II. contra Arian. p. 481. 482. Par. 1698. Taceo alias. Ioh. MALDONATVS significari putat, honoratori quodam modo Filium esse loco, ita, ut, cum regis officium exerceat, maiorem prae je ferat dignitatem. Modeste autem sententiam hanc nouam, viris doctis repugnantibus, ruiturum se esse negat. Comm. ad Marc. XVI. col. 917. Muffip. 1596. Leg. etiam C. M. PFAFFII diff. de parre ad dextram filii &c. 1744. §. 4 ss. & Camp. VITRINGAE Obs. S. L. II. Cap. IV. p. 301-310.

### §. XXXIII.

Videamus alium locum. Matth. XXIX, 18. Data mihi est omnis potestas in caelo & super terra. Audi nunc Dammium ad h. l. n. 770. Hier ist die Rede von einer Macht oder Ansehnlichkeit und Autorität, in Ansehung der Religions-Sache, Himmel und Erde bezeichnet das Unsicbare und das Sichtbare. Das Unsicbare ist die göttliche Gnade, und das ewige Leben: Das Sichtbare ist das gottesdienstliche Leben hier in dieser Zeit. So wie man bis hieher Moses mit seiner Religions-Einrichtung eine Macht, Gültigkeit und Ansehen, im Äußern gehabt, und Gott dabei seine Gnade verheissen hatte: so gilt nun allein die Lere und Einrichtung Jesu. Addam huic loco

illum Matth. IX. 27. omnia mihi tradita sunt a patre meo. *Dammius* n. 318. ita: mir übergeben, d. i. ich bin von Gott voellig unterrichtet, was seit Will und Rath durch mich sey: denn übergeben heißt lernen, unterrichten. Si unquam, certe heic, & in omnibus fere reliquis *Damiani* interpretantibus, valer illud, ignorantiae apud multos asylum: haec rectas est refutasse. Sed respondebo tamen. Videbimus primum de vocibus functionis positis οὐρανος & γη. *Dammius* antem ipse nos docet. Hic in Ep. ad Hebr. n. 14. recte adserit, Erde und Himmel sind die beiden grossen Classen der Schoepfung. Cur non etiam hoc loco? Quamnam vero Christus potestatem intellexerit, perficere est partim ex adiecta particula omnis, partim ex formula data mibi est, partim ex subiunctio statim mandato, ut abirent, ut discipulos facerent, partim ex institutione beatis, partim ex promulgatione praesentiae suae continuae ad consummationem seculi usque perduraturae, partim ex missione apostolorum in omnem mundum, partim ex Marc. XVI, 20. Act. II, 33. 36. 47. III, 6. qd. IV, 10. reliquis Actorum capitibus omnibus, ex Epistolis, & praecipue etiam ex Apocalypsi. Conf. Matth. IX, 6. VIII, 27. VII, 29. Ad alterum locum quod adtinet, latinam vocem tradere in mente videat mihi *Dammius* habuisse, eiusque significatum deinceps graco quoque verba tribuisse, cui numquam illum competere, optime ex *Dammio* ipso cognoscimus, qui, nihil tale in lexico suo col. 495. de hac voce docet: & linguae ramen graecae aque peritum, ac perantiquam aliquem Scholiastram, *Dammium* esse pronunciat anchor recensionis libri *Damiani*: des Maximus Tyrus Philosophische Abhandlungen 1764. xv. in der Berl. allg. denksch. Opp. I. B. I. Sr. p. 61. Neque etiam quisquam, quem legi, alias voce παραδιδωμι hoc sensu usus unquam est. (32.) Sed rem respicit *Dammius*, non verbaz recessendum ei est ubique a sensu vero; rationis dictamen audiendum. Audiamus *Wolzogenium* ad Matth. XXIX, 19. p. 447. (Bibl. Fr. Polon. Vol. VII.) Habuit Christus quidem, etiam ante mortem suam diuinam potestarem & imperium - Ait per mortem & resurrectionem suam omnem potestatem in celo & in terra, id est, illimitatum regnum atque imperium super omnes creaturas in celo & in terra existentes, etiam super mortem & diabolum (33.) adeptus est. Plura ibi tradit Socinianus iste, lecta certe, quam quæ *Dammius* habet, longe digniora, immo h. dignissima. Addatur etiam Job. Crel. Opp. Exeg. T. II. p. 75.

(32.) Incidi tamen, quod non diffitebor, postquam haec a me scripta iam erant, in locum aliquem, ubi Gratius verbum παραδιδωμι idem sit esse ad διδασκειν, provocans ad loca I Cor. XI, 2. 23. XV, 3. Rom. VI, 17. Jud. v. 3. quibus ego addam 2 Petr. II, 21. Act. VI, 14. (vid. Calouii bibl. illustr. N. T. Matth. XV, 2. p. 313. & Bald. Walei Comment. in libras N. T. historicos p. 159.) Sed loca ista omnis probandum non probare, facile mox perfixi. Notat vox illa ubique tradere, übergeben, & quidem id, quod acceptum antea erat: qui significatus vocis est proprius & generalis.

(33.) Diabolum esse credit *Wolzogenius*? Creditur *Sociniani* omnes? *Dammius* non credit. Cur? Contradicitionem inuoluit notio diaboli, h. e. spiritus homine perfectoris, neque tamen sancti. Fieri non potest, ut Spiritus, maiori, quam homines, intelligendi facultate instructi euadant mali. Egregie sane! Nullae ergo actiones liberæ in illos cadunt, aut infinito pollent intellectu. *Dammius*ne manus est Socinianus?

## §. XXXIV.

Eadem prorsus ratione etiam Psalmos II. & XLV. perulantissime inficiatur ad Christum respicere, allegationem eorum ad argumenta *ad hominem*, quae vocant, referens, licet ille quidem a Scriptoribus N. T. saepissime in rebus maximi momenti ad demonstrandum adhibeat, v. gr. Act. IV, 25. 27. XIII, 33. Hebr. I, 5. V, 5. Apoc. XIX, 15., posterior autem similiter ad Christum adplicetur Hebr. I, 8. & ea continet, quae in ulla alium, nisi caelestem atque aeternum, regem, h. c. Christum, cadere non possunt. Psalmum IIIdum quidem in Actis n. 114. de principibus terrae Judaicæ, Saule rege eiusque potentibus, aduersus unctum Dauidem, proxime egisse, statuit, Apostolos autem simile quid heic cernere ab iis, qui suo tempore rerum in hac terra portabant, aduersus Messiam fieri. Conf. ib. n. 367. & in Ep. ad Hebr. n. 7. Neminem autem, nisi solum Christum Psalmi huius obiectum personale esse, solidissime demonstravit S. R. D. D. SARTORIVS in *Diss. de aeterna Messiae filii DEI generatione* 1758. edita, §. 2. 9. id quod etiam ex Judaeis ipsis aliquos vidisse & agnoscere, b. SPENERVS monet von der ewigen Gottheit Christi p. 62. & 677. & I. H. MICHAELIS in *bibl. hebr. hal. ad Ps. II, 1.* Vid, etiam *Calovius in bibl. illuftr. ad b. I.* & b. D. FENGEL. *Gnom. ad Hebr. X, 8. p. 1051.* Ad Psalmum XLV. vero quod adtinet, ineptissimam illam & maxime impiam huius epithalamii, tamquam Salomonei, interpretationem, a Christi Theophilo Helmst. 1706. 8. diuulgatam, & a Polyc. Lysero in Ep. exeg. apolog. Hannov. 1707. 4. nec non a Iob, *Christophilo in der Warnings für C. Theophilii Erklaerung des XLV. Psalmen. Wittenb. 1708. 8.* refutatam, revocare videatur Dammius. Der Psalm, ait in Ep. ad Hebr. n. 13. ist Zweifels one gemachet und gesungen worden am Vermaelungs- Feste des iungen Koeniges Salomo. Dich Gott, dein Gott, heiſſer so viel als: dich grossen Herrn Salomo, dein großer Herr, nemlich dein Vater, der Koenig David. Socios heic in errore hoc grauissimo habet Socinianos, v. gr. Crellium in Opp. Exeg. T. II. f. §. 1., nec non *Caluinum & Grorium*, quos cumulo argumentorum, ut solet, refellit CALOVIVS in *bibl. illuftr. ad tit. b. Ps. Conf.* etiam b. DORSCHEI *Comment. in Ep. ad Hebr. p. 64-67.* cum iis, quæ Ill. MICHAELIS habet in *Expos. Germ. Ep. ad Hebr. n. 20. p. 115. sq.* Omnes tamen, Sociniani præcipue, regnum Christi officium depingi heic largiuntur. At Dammius nil tale videt. Ait: das Oel der Freuden ist das erfreuende Salb-Oel zur koeniglichen Würde. Bei dem Messia ist es die erfreuende, hochbegnadigende, und ausruſtende Huld Gottes, nebst allem ausgemendem Beſtande Gottes. Potestne quoſo quid vel cogitari vel effutari absurdius? Fatetur, descriptionem regis proprie dicti b. l. haber, sed Christi, ad quem tamen adplicari ista verba agnoscit, vel thronum, vel sceptrum, vel unctiōnem in regem, difficitur. Dignum quis hunc talēm interpretem iudicat, qui operosus refutetur?

Obs. Ven. OETINGERVS egregie docet, qua ratione neque in defectu peccari possit, neque ultra modum excedi, in Psalmis rite diiudicandis & interpretandis. Einleit. in die Psalmen Dav. p. 5. sq.

## §. XXXV.

Vix impetrare a me possum, ut plures Dammii interpretationes adferam. Sed addam tamen tria alia, insignia prorsus, malitiae Dammianæ documenta: unum de operibus Christi in caelo regnantis gratiaeque & pacis, quae Ei tribuitur, collatione; alterum de cultu adorationis & inuocationis Christo tribuendo; & tertium de auentu Christi

Christi glorioſo, & noniſſimo, quod habiturus Ipcſe eſſe dicitur, iudicio. Quand. Apoſtoli in Epiftolis ſuis, earumque & initiiſis & clauſiſis, gratiam & pacem ecclieſiſ, ad quas ſcribunt, a DEO Paſtre & Domino I. C. adpreſcantur; docent Sociniani, v. gr. Slichting. in Comm. ad II Cor. I, 3. DEO Patri adiungi Dominum I.C. ob id iſum, quod ſi Dominus omnium, -- in cuius manu & gratiam & pacem & omnia gratiae ſuae effēta DEVS eſſe voluerit. Et Iob. Crell. in Comm. ad Gal. I, 3. ſimil, inquit, & dominium Chriſti in ecclieſiam, rerumque ad eam perverientium curam, quam in caelis de- gens gerat, intelligi, & inuocationis honorem Ei adferi. At Dammius noua prouſis ratione diſtorquere haec talia loca per multos illos annos, quos quaefiſtionibus ſuis ac decretis ex ſuo aliuſue ingenio concepiſis ex Scriptura erudiſis probandiſque impen- dit, didicit. In Ep. ad Rom. n. 14. wir erwarten (Guade und Friede) von Gott un- ſerm Vater und Schöpfer und Regizer: wir lernen es mit Geniſheit und Beruhigung er- kennen aus der Lere Iefu, und empfangen es in Befolgung derselben. Similia ſcribie I Cor. n. 3. II Cor. n. 3. & n. 232. Gal. n. 173. II Tim. n. 91. I Tim. n. 4. Sic etiam Apoc. n. 6. von diſem Iefu, als dem Chriſto, d. i. von deſſen goetlichen Sache und Lere, kommt Guade Gottes und Friede und Heil über euch. Philipp. n. 4. ita ſcribie: Guade Gottes und Friede wünſcher er ibneu von Gott, unſerm mächtigen und gütigen Vater: und von dem Herrn, dem einzigen Lerer, und dem Oberhaupte der chriſtlichen Kirche, Iefu, dem Meſſia: denn wer diſem folget, der hat Guade bey Gott. Haec omnia, quam ſint friuola & coacta, nemo non videt. Ante omnia licet mihi egegria illas duas, quas D. TELLERVS l.c. p. 190 ſq. perſonaliſtatem Spiritus Sancti defenſu- rū exhibet, regular hermeneuticas huc applicare, quibus poſitus integrum fore ſyſte- ma Dammianum corruſit. Vna haec eſt: In quoquis ſermoni, adeoque etiam in Inſtitu- tione Scripturae Sacrae de Iefu Chriſto, non prius ad Proſopopociam eſt conſugendum, quam maniſta committeretur abſurditas, ſi quis de vera iſi persona cogitauerit. Alteran ne enunciari: Non uifi cum maxima improbabilitate ſtatui potest, Scriptorem aliquem pro- faciū, ſi vel humano tantum more ſapiat, de certo aliquo adtributo, (addo: re vel do- trina) per integrum aliquem librum, figurate locuturum, illudque ubique & conſtanter tamquam perſonam repreſentaturum eſſe. Dicam vero nunc porro aliud de nomine Dominus, de vocula αὐτῷ in precibus votisque adhiba, & de figura illa rhetorica, quam Dammius ubique heic regnare ſtatuit. Dominus Dammio nihil eſt aliud, niſi doctoř & plurimum venerandus (ita loquitur in Ep. ad Eph. n. 4.) praetor (ſit venia voći huic Dammianae), quem sequimur, & cuius doctrina norma eſt vitae ac ſpeſ noſtræ. Nomen hoc DOMINI in N. T. Chriſto proprium eſſe, &, in Epiftolis certe, ubique de Eo intelligi debere, & Sociniani omnes, & ſaepiſime etiam Dammius ipſe agnoſcit. At in definiendo vocis huius significatu, ab eo nimurum tempore, quo in caelos Chriſtus adſcenderat, longiſſime utriq; diſerunt. Sociniani, uti ſupra iam vidimus, re- feſte quodam modo h. l. fentunt. Ion. Slichtingius, Opp. Exeg. T. II. fol. 32. ad I Cor. VII, 22. inquit: Chriſtus absolute vocatur Dominus, quia dominus omnium a DEO factus eſt, non hominum tantum, ſed etiam angelorum. Et Iob. Crellius Opp. Exeg. T. I. fol. 290 ſq. ad I Cor. VIII, 6. Domini vox significat eum, qui diuinum robur & imperium in nos omnes habet. Hic vero eſt Iefus Chriſtus, quem DEVS a mortuis re- ſuſciſtatum Dominum & Chriſtum fecit, iudicemque omnium viuentium & mortuorum conſiſtuit, cui omnum & in caelo & in terra potestatem contulit, quemque omnis lingua dominum ad DEI Patris laudem & gloriam conſiſteri debet. At Dammius nomen Do- mini nihil aliud vult deſignare, ubi de Chriſto uſurpatur, niſi magiſtrum, doctorem, ducem, caput, in rebus religionis & ſolo cognitionis noſtræ reſpectu. Eſte in ipſo N. T. loca

loca, ubi hoc sensu occurrit illa vox, equidem haud insciabor. Conf. Lue. IX, 57.  
59. 61. Matth. XIII, 51. Ioh. VI, 34. coll. v. 25. XI, 32. 34. 39. coll. v. 28. XX,  
2. 13. 18. coll. v. 16. At in plerisque, aut in omnibus plane locis hunc vocis significatum esse, vix quisquam sanus & mentis compos suae affirmare sustinuerit. Argumenta deinceps adferam. Verum nunc vocis DOMINI sensum docebo. Vbi adlegantur dicta ex V. T., ibi loco hebraicarum vocationum נָאֵן & נָאֵן vocem κύριος adhiberi, palam est: & quando nomini κύριος nomen Θεος adponitur, adeoque utrumque nomen simili ponitur, ibi illud semper responder nomini DEI proprio נָאֵן. Vocem κύριον non modo non minorem, sed parem, ac, prope dicam, maiorem vim, ac vocem Θεον, habere, contendo: ait Ccl. D. ERNESTI in specim. *Castig. in Westen.* Edit. N. T. Opus. Philol. Crit. p. 336. sqq. Add. etiam, si placet, H. WITSII Comm. in Ep. Iudae v. 4. Melet. Leidens. p. 464 ss. Κύρος, unde vox κύριος descendit, designat, Dammio ipso interprete Lex Gr. col. 113f., caput & cardinem alius rei, auctoritatem superiorum & firmaram, originem; adeoque non moralem modo auctoritatem, sed, quod b. BENELIVUS docet, naturalem etiam stabilitatem ac firmitudinem. Hinc aperte est vox κύριος ad exprimendum nomen Ιησοῦ, si demas temporum ternionem. Nunc vero ulterius adfirmo, nomen hoc, de Christo usurpatum, adinodum esse emphaticum, hoc est, ut cum Ccl. D. ERNESTI (Interpr. N. T. p. 20.) loquar, accedere ad illud insignem significacionis amplitudinem & gravitatem, eamque constantem: non quidem, quod rectissime ibid. D. Ernesti docet, quia rem valde magnam significat; sed eam ob causam, quia usitata vocis illius vis sensum frigidum atque ineptum efficeret, aptum contra rum demum, si adiunctio aliqua singularis magnitudinis intelligatur. (conf. Ernesti l. c. pag. 65.). Quid igitur? Adpellatio Domini complectitur in se, ubi de Christo usurpatur, notionem Filii DEI, una cum idea redemptoris: hinc etiam Summa & fidei & salutis in illa deprehenditur. B. LUTHERVS in explicatione Symb. Apost. Art. II. de I. C. (LL. Symb. Ed. Pfaff. p. 460. sq. & 583-585;) solidissime & pulcherrime haec combinavit. Referenda est haec vox, quoad hunc certe eius usum, ad ea, quae noue dicta Ccl. D. ERNESTI adpellat, quaeque intelligi & explicari ex prisco loquendi usu non possunt, sed interpretationem habent propriam: qua de re Ille docet l. c. P. I. Sect. II. Cap. III. §§. 27. 28. Plenam iustiae has, Scripturae Sacrae proprias, locutiones interpretandi rationis institutionem haurire mihi licuit ex Praelectionibus, quas Magnif. Dnus PRAESES superiori anno habuit, in Hermeneuticam sacram. Rerum, spirituallium, diuinarum, & euangelicorum praecipue, & mysteriorum, nouitas & indoles exigebat, ut vel noua de calo DEVS verba daret, quod Eius sapientiae visum non est, vel vocibus antea cognitis alias notiones ac sensus subiicerentur. Sunt tales πίστις, αληθεία, νοος Θεου, μετίη, φως, χάρις, σκόλος, σαρξ, λογος, δικαιον, πίενια, ἀδελφος, δαιμονιζόμενος, τράπας &c. Elecio harum dictiorum summam requirebat sapientiam, neque profecto ab ipsis apostolis inuenire est, aut inueniri potuit, sed ab ipso Spiritu S. iis suppeditata est: quod egregie docet, argumentumque permagnum verborum Scripturae faciae diuinitus inspiratorum deduci inde licere perlibet D. Ernesti l. c. p. 48. Ad intelligendas has voces valet illud Lutheri: verborum lux res sunt. Requiritur scilicet cognitio rerum ipsarum diuinarum ad doctrinam euangelicam pertinentium. At nonne hoc adserio meo ipse in partes Dammianas abeo? nonne hypothesis illius, supra a me vituperatam, qua rebus nitendum esse, non verbis, statuit, ipse nunc & sequor

sequor & adprobo? Salua res est. De analogia Scripturarum sacrae, quam **Dammus** saepissime aequae ac iniustissime perstringit, sermo mihi h. l. est. Scilicet exquirenda sunt ea loca, in quibus de rebus ipsis clare, plane, perspicue, agitur. Deinde loca parallela (similia vocat **ERNESTI** l. c.p.27.sq.) inspicienda sunt: neque tamen negligere licet regulas, quae ad intelligendas notiones vocum communis, locutionesque etiam tropicas, pertinent: quibus accedat subdium externum, Patrum lectio prudens & assidua. Taceo heic media spiritualia: non enim hermeneuticam trado, sed exegemus nunc ago. Adplicabo, quae dixi, brevissime ad vocem **χριστος**. Christus saepissime dicit: omnia esse a Patre sibi tradita, potestatem se habere omnem in caelo & in terra, esse se regem, regnum se habere: confirmabat haec omnia operibus potentissimis, ex sua ipsis auctoritate, nullo intercedente medio aut remedio ex rerum nature peccato, perpetratis, daemonibus, morbis, mari, mortuis, ficii &c. imperando: Legati Christi, omnem, qua instruuntur, potestatem suam, miracula edendi, a Christo, iuxta promissionem Eius, sibi ante ascensionem in caelos datum, accepisse se testantur, immo ad confirmandam ipsam hanc de ascensione Christi in caelos, de sessione Eius in dextra throni maiestatis, de electione Eius supra omnes & omnia, doctrinam miracula se sua patrare dicunt, auxilium Christi implorant, bona omnia & pro se & pro ecclesiis aequae a Christo atque a Patre petunt, & ubiquecumque hoc fit, ibi Dominum Eum appellant, ita tamen, ut haud raro adiungant etiam illud, ob mortem, quam nostrum loco subierit, ob sanguinem, quo in peculium sibi nos redemerit, hoc tantum Ei imperium concessum a DEO esse, ideo exaltatum Eum a Patre esse & accepisse nomen illud supremum, nomen feliciter **D O M I N I**. Phil. II, 11. coll. 9. 6 - 8. Act. II, 36. coll. v. 32. 33. & 23. III, 21. 15. coll. 13. 14. V. 31. coll. 30. Luc. XXIV, 26. 46. Ies. LIII, II. 12. IPetr. I, II. 19 - 21. Apoc. V, 12. Et sic, puto, demonifera erit, quam supra dedi, vocis **χριστος**, de Christo usurpatae, significatio genuina. Neque ullam ego nunc video rationem, cur denominatio Domini, officii mediatoris omnino caufa Christo tributa, munus sacerdotale, Domini Dominorum autem regium Illius munus, denotare, censenda sit. (conf. D. Telleri Lehrbuch p. 119. sq.) Verum quidem est: tales habemus Sacerdotem, qui confedit in dextra throni maiestatis in caelis; sed an ideo Sacerdos & Dominus idem denotat? nonne potius Paulus hoc docet: habemus Sacerdotem, qui (*simil*) est Dominus & Rex, imperium in omnia habens?

## §. XXXVI.

Quid vero iam denotat vocula **απός**, ubi usurpatur in votis & precibus? Vfupari hanc praepositionem saepe, & apud profanos Scriptores, & in N. T. praeципue, pro **παπα**, & designare *collationem*, seu caussam efficientem, ipsa quemuis lectio graecorum auctorum & N. T. docere debet, parallelismus conuincere valer, grammaticique & lexicographi ostendunt. Conf. *Vigerus de praecip. graec. dict. idior. 1680.* p. 410. & *Glaff. Phil. S. p. m. 1074.* Neque eriam **Dammus**, licet in lexico suo sensum hunc non doceat, negare eum audet. Sed aliud quid tentat. Statuit, quod dixi, figuram rhetoricae, secundum quam una vox duos habet significatus, ita, ut uterque uno eodemque loco voci illi simul debeat tribui, quamvis etiam significatus in se sint diuersi, h. e. *Dilogiam*. Ita enim necesse est a recto sensu Scripturarum aberrent, quicunque *systema* aliquod, sive philosophicum, sive theologicum, suo ingenio fabricarunt, eoque tamquam clavis utuntur ad interpretandam Scripturam Sacram. In Ep. ad Eph. n. 4. ita lego: Gott ist der Geber: *Iesus ist der zuverlaefige Ankandler: -- Wenn wir nur mit dem Worte Christus den geboerigen Begriff verknüpfen, so werden wir auch die zveyfache Bedeutung des*

des Woerchens von richtig eischen: und wir werden versteben, daß das Wort Herr bei Iesu ein Wort der innigen Hochachtung gegen diesen unsern grossen und mit reicher Einsicht gesalbten Lerer ist. Habentur quidem & in profanis scriptoribus & in Scriptura Sacra istiusmodi locutiones. Notum est illud Ciceronis dictum: laudandus adolescens, ornandus, tollendus. Virgilius: congressus est nec diis nec viribus acquis. Curius: sic amnum, sic hostes superavit. Legantur loca: Matth. V, 17. Rom. XVI, 13. Luc. XIX, 44. Ioh. XII, 32. Quid vero *Damnum* mouet ad arripiendum h. l. hanc figuram? *Analogia fidei?* nullam agnoscit. *Veritates ante cognitae?* haec exerunt potius, quam ut requirant, hanc figuram. *Scopus?* contrarium ex hoc perspicitur. *Contextus?* hic diffundet quam maxime. *Quid igitur?* systema, quod pro bali omnis suae exegeseos posuit; quaestiones ac theses ante stabilitate, quam Scripturam ipsam consulebat. Quis sapientis homo, ex quo scriptum est aliquid vel sermonis usus obtinet, unquam ita locutus est: gratia vobis obtingat a Patre & a Domino l. c. b. e. gratia vobis obtingat a Patre, illa scilicet, quam doctor & magister summus manifestauit? An hoc est, fieri rem agere? Quid est, si hoc non est, Scripturam sacram ludibrii exponere & contentum ei creare? Eadem est ratio explicativa Dammianae, ubi *genitius* adhibetur: gratia Domini. Genitium, ex hebraismo praecipue, multiplices habere significatus, nemo non nouit. B. Ge. Fr. STEINWEEGIVS, Professor monasterii Denkendorffensis dignissimus haud ita pridem defunctus, cuius & institutione fidelissima & singulari fauore etiam mihi, alumno illius monasterii, frui per biennium licuit, nouem recentes significaciones in der erleichterten biblisch-hebräischen Grammatik. 279. Fr. p. 339 - 347. Sal. Glaffus octo allegat, Phil. S. p. m. 629 - 640. Notat numerum omnis generis causas. Varias itaque locutorum gratia Domini, sustinet significaciones. Est vel gratia, quae Domino inest, qua erga alios est affectus, vel quam Dominus nobis comparauit & morte sua peperit, vel quam Dominus & Ipse & per Apostolos adnunciant hominemque ad acceptandum eam inuitauit, vel quam Dominus confert atque elargitur. Taceo plura. Quisnam ergo ex his sensus eligendus? *Dominus* tertium eligit, reliquos omnibus, immo, vi systematis, prorsus repudiat. Ego omnes hos significatus simul sumendos esse censeo. Gratia Domini est & vocatur *gratia Domini*, quod *eam* nobis parauit, quod illam omnibus fidelibus administravat, quod primus Ipse pleno illam sensu nobis retulauit, quod gratissimum Eius est erga omnes ac *benignissima voluntas*. (Ioh. I, 17. I Cor. XII, 9. Hebr. II, 4. I Petr. II, 3.) *Vna est eademque gratia, una eademque pax, a Deo & Christo,* egregie inquit b. D. LENGEVIVS. Sed nonne in aliud ego ita incido errorem exegeticum, qui *Cocceianorum* audit, Dammianae interpretandi ratione diametro oppositus. Atar praeclara Viri huius excellentes Ioh. COCCETI merita plus justo obscurari, & minus quam par est utilitatis ideo ex illis a plerisque capi, multi iam cordatores Theologi iudicarunt, & nuperrime deum aliquis insigni & pietate & eruditione praeditus Vir apud me conqueitus est. Nota est celebri illa regula Cocceianorum: verba Sacrae Scripturae esse in omni eo sensu accipienda, quem significare possunt: quam opinionem e *Iudaicorum scholis* oram & ad *Christians inde propagata* esse putat Cel. D. ERNESTI l. c. p. 9. Enimvero ubi mentem auctoris additasque ab eodem limitationes necessarias consideraueris, melior longe & tolerabilior adparabit illa. Legantur verba COCCETI in *Summa Theologie ex Scripturis repetita* Cap. V. §§. 83-85. Cap. VI. §§. 40. 45. 49. 50. Opp. T. VII. p. 151, sqq. Conf. etiam Cel. D. ERNESTI de diff. interpret. gramm. N. T. §. 26. in Opusc. Philol. Cris. p. 283. Coniungere omnino licet, immo coniungi debent sensus, quos principia iusta hermeneutica admittunt. Est tamen manetque sensus litteralis unicuis.

§. XXXVII.

Sed propterndum mihi est, Pergo ad ea loca, ubi cultus diuinus Christo vel tribuitur, vel tribui iubetur, Incipiam ab illustri illo loco Apocalyptic Cap. V, 8. ubi

IV. ζωα & XXIV. Seniores procidisse coram agno dicuntur. Praemittenda autem est noua illius των ζωων expositio; nimirum n. 58. adserit, denotari per ea *adributa DEI*, quatenus religioni illa inferniunt, quorum sex recenset, quae quando dies noctesque trisagium illud angelicum DEO ad clamare dicuntur, sic illud, *Damnatio interpres*, per metonymiam effecti pro causa efficiente, scilicet efficiunt illa, quando in causa religionis promouenda occupata sunt seques manifestant, ut omnes, qui DEVM agnoscunt, Eundem celebrent ac laudent. Iam vero quomodo attributa haec DEI coram agno procedunt in societate Seniorum? Ait n. 66. das bücken geboeret eigentlich zu den Aeltesten, die von dem goettlichen Lerer gernē lernen (en egregiam explicationem huius adoracionis!), und ihn für einen goettlichen Boten erkennen. Zu den Thieren geboeret, nach Gemonheit der alien Schreibart (na omnes suas plendermenias probat), ein aenliches verbum, etiwa: iraten bey, battēn großer Wolgefalten, oder dergleichen. Et hic habes exemplum Metalepses durissimae, vix umquam a Sociniano aliquo Grotioane adhibita! Eo usque queinquam veterum, vel poetarum ipsorum, imaginando ac ludendo processisse;

credat Iudeus apella,

Nō ego.

Hac omnino ratione et quolibet efficere licebit quidlibet. Alecoranus certe, tam grandi stylo superbiens, in cuius aliquot capita Exc. Dom. Prof. BAUR, insigne Academiae nostrae ornamentum, praelegentem audiri mihi contigit, longissime adhuc ab eiusmodi loquendi modo absit. Videamus alia. Acto n. 40. den Namen des Herru aufrufen heisst den *Messias annemem*, und von ihm ein *Messianer*, ein *Christe*, genannt werden. In toto N. T. non nisi unam, Stephani nimirum illam, inuocationem Christi reperiri statuit Act. n. 205. Nam vocem προσκυνει Luc. XXIV, 52. Matth. XX, 20. nil vult aliud denotare, nisi procumbere in genua reverentiae causa, cum tamen Marth. IV, 9. (fine dubio ob vocem πετων adiectam) anbeten & v. 10. *Gottesdienst erweisen*, immo Philipp. n. 54. γεννηται πατειν explicet per *Gott anbeten*, *Gott vereren*, *Gott dienen*. In lexico suo verit saluto reverenter, & deriuat a κυρεω & κυω, oscular reverenter: ubi tamen de more adorandi in sacris verba facit. Sed, quo sensu haec vox in N. T. sumatur, quodque ad *noue dicta* quodammodo sit referenda, id heic prolix docere supervacaneum est. Reliqua inuocationis Christi exempla, ab ipsis Socinianis concessa, Damnus de DEO Patre falsissime explicat, v. gr. Act. I, 24. immo & II Cor. XII, 8. licet h. l. η δύναμις ρυπου & η δύναμις ιου χριστου sibi iniucem substituantur, neque certis quidquam sit hoc interpretandi praecepto, ut, quae vocabula de eadem re, in eodem orationis contexto, permittentur, eorum alterum ex altero explicari auge intelligi debeat. Sed quid ad Damnium iusta interpretationis principia? Monere heic id unum licet, oportuisse hunc mendacem etiam memorem esse. Serbere nimirum Act. n. 24. audet: es ist bedenkens-würdig, daß im ganzen N. T. kein Exempel vorkommet, da Iesus waere im gebete angerufen worden. Hoc non obstante non concedit modo ad I Theff. III, 11. vinere Christum, & posse nos nostra vox in causa DEI, in qua Iesus praecepit facili legatus, etiam ad Eum dirigere, sed, quod miratus sum, ipse etiam Marth. n. 749. haec scripsit verba: Sende doch, o lebender Iesu, neue Boten! und verreihe die falsche Redner- Andacht! Act. II, 33. n. 59. largitur, Patrem Christo dedisse porestatem, apostolis suis eximiā donorum gratiae, & quae ad officii eorum rationes pertinenter, mensuram promittendi, & potentiam quoque largitur Si esse, ut Ipse hanc donorum collationem procuraret. Denn wir haben, haec prioribus adiicit, von dem erbubnen Zustande unsers Iesu, in diesem Leben keinen genugzamen Begriff: so viel aber seben wir wol, daß der lebende, und bei Gott in besun-

besonderer Gnade siebente; Iesus, nichts unmaechtiges seyn kann: & n. seq. Er, nemlich Iesus: so, das der lebende Iesus auf eine, aus unbekannte Art dabei gewirkt: fur-nemlich aber sic ad sua se recipit placita, systemati magis conformia) daß Gott, zu dem Ende, dmit das angefangene Am Iesu in der Welt moege fortgesetzt und ausgefue-  
ret werden, dies Ausrichtung der Apostel gewuerker hat: deni, was um iemandes willen geschiehet, das ist so gut, als sey es von denselbigen selbst gethan worden. Tam futil ac violenta interpretatione eludere ac deprauare conatus mentem Spiritus Sancti perspi-  
euam planissimeque propositam. Similis, quae abesse non poterat, inconstancia per  
totum eius opus reperitur: cuius vero exempla heic plura adlegare, operae non arbit-  
ror pretium esse. Curiositat enim peruersae nolim ego interrure, multoque minus  
petulanciar & cauillationibus.

## §. XXXVIII.

Restat, ut de aduentu ad iudicium & de iudicio ipso aliquid ex Dammio adse-  
ram: Matth. XVI, 27. der Son des Menschen, ita n. 446. hunc locum interpreta-  
tur, ist der Meijas mit seiner heilsamen Lere. Das geben ist ein forigen, ein weiter  
geben, ein ausbreiten, ein gefoerderet werden. Die Herrlichkeit seines Vaters ist die Er-  
kenntniß des wahren Gottes, und des goettlichen Rethes in Religion-Sachen auf Erden:  
in dieser Erkenntniß ist herrliche Anweisung zu einem gotrigeselligen glückseligen Lebens-  
vangel, herrlicher Trost und herrliche Hoffnung. I Thess. IV, 16. n. 68. er wird  
aus seiner uns ietz unsichtbaren Herrlichkeit sich sichtbar darstellen, und zwar mit gro-  
ßer Macht und Wirkung. Et tertio statim ab hac pagina n. 77. seribit: vori müssen noch  
anmerken, daß die Zukunft Christi nicht eben von einem perjoenlichen kommen zu ver-  
stehen sey: sondern, da Gott das, was er durch Christum vorher sagen oder verheißen las-  
sen, in die wirkliche Erfüllung geben lassen wörd. Ep. Iac. n. 83. die Christen hoffen  
eine Wiederkunft Christi. Es ist zu vermuten, daß diese Wiederkunft nicht koerperlich  
seyn werde, auch überhaupt nicht so, wie sich es mancher einbilltet. Tandem iudicium  
Christi ipsum quomodo interpreter Damius, ultimo nunc loco audiamus. Act. n.  
290. Iesus ist der Richter der Lebenden und des Todtos, in so ferne seine Lere die Ein-  
zige ist, nach welcher Gott urtheilet, ob ein Mensch ibm in seinem Leben und nach seinem  
Tode gefalle. Iba. n. 498. Wer nach der Lere Iesu den wahren Herzens-Gottserdienst nach  
allem Vermoejen übet; den erkennet Gott in so weit für gerecht, und will ihm sein übri-  
ges menschliche Elend nicht zur Last legen. Indefeoß hatten die Heiden in ihren Fabeln ei-  
nen Minos und Aeacus und Rhadamanthus (hos describit Damius in der Einleitung in  
die Goetterlere 1765. p. 117. 268.) welche die Menschen nach ihrem Tode richten, und  
der Seele ihren geboerigen Ort nach diesem Leben anwiesen. Darauf zielet der gelehrte Apostel  
mit. Die Lere Iesu ist der Richter der Menschen nach diesem Leben. ita n. 499. Iesus ist  
der beglaubigte Bote Gottes an das menschliche Geschlechte, nach dessen Lere wird der  
Mensch von Gott, in und nach diesem Leben, gerichtet. Exspectasne iam, B. L. ut ad  
haec omni ego respondeam. Putauerim, ea, quae sese mutuo ipsa destruant, refuta-  
tionem non mereri. Si ea, quae in parte superiori dogmatica de his omnibus ex Scrip-  
tura tradidi ac dilucidare studui, huc conferantur, facile dilui singula poterunt, praef-  
terit ubi vel communissimas interpretandi regulas, immo plerumque nonnulli gram-  
maticam & lexicon, quae omnia petulantissime neglexit Damius, in subsidium quis  
adhibuerit. Iusti dissertationes academicæ cancelli, quos dudum iniuitus transgressus sum,  
ut singula ista refellam, non permittuntur; neque, quod dixi, res etiam ipsa admodum poscit.

## §. XXXIX.

Duo super sunt momenta, quorum tractationem promittere me memini. At pati-  
-entissimis iam expedire illa immo vel verculo tantum tangere me oportet. Vnum est,  
ut de eauſſis quaeramus, quibus ad oracula Scripturam clarissima tam neſarie peruerterenda,  
ad hoc tam atrox fecimus, inductus sit Damius. Subſisto ego iam in iis, quas in ipso

eius libro expressas inuenimus , nullus tamen dubitans , quin aliae , magis periculofae & exiciales , lateant . Duea vero sunt , quae statim oculis se nostris tamquam primariae offerunt , quarum una ad hermeneuticam spectat , altera dogmaticas illius hypotheses respicit . De priori genere ut multa dicamus , necesse non est , quippe quod iamiam occupauimus §.XXX . Dammum tamen ipsum , ut adhuc solitus eram , in medium proferamus . In Praef. ad Matth . Der Vortrag in den Schriften des N. T. ist nach der alten Ebræischen und orientalischen Art sich auszudrücken eingerichter , und zweicher von unsrer Europæischen Art weit ab . Der Vortrag der Schrift ist bildlich , oder præcbitig erhaben , daben man nicht alles buchstabclich zu nemen hat . In Praef. ad Lucam . Die Philosophie ist das beste Vorbereitungs - Mittel für einen Lerer , zu einer rechten Deutlichkeit und Gründlichkeit in seinem Vortrage zu gelangen . Ib. das ganze erste Buch Mose , und ein grosser Theil der übrigen Bücher , enthalten bildliche Erzelungen für die Iuden , nach Art der alten Welt , so wie andre Voelker von ihrem Perseus , oder Iason , u. d. gl. erzelen haben . Ioh. n. 14 . Es ist boechst unsicher , aus der Grammatik oder dem Vokal-Buche urtheilen . Rom. n. 174 . Man muß den Zusammenhang der Lere Iesu einsehen , und Woerter und Sachen vvol zu unterscheiden wissen . Ib. n. 134 : es waare der chrisflichen Religion vorteilhafter geowesen , wenn die Apostel bishveilen nicht so fer an den Jüdischen Arten zu reden , und an dem Bild - Style , geklebet haetten ! Aber was thut die Geworheit nicht ! II. Cor. n. 184 . Besser waare es freilich , wenn Paulus nicht so weisebichtig , so bildlich , so rabbiniisch - griechisch , geredet oder geschrieben haette , dadurch er so viele ungereimte Deutungen bey düstern Koepfen veranlaßet hat ! Aber seine Art war nun nicht anders : denkende Menschen versteben ihn doch . Conf. etiam Gal. n. 1 . & Eph. n. 1 . Quae ac qualis haec est Hermeneutica , imprimitur Sacra ! De stylo , quo scriptores N. T. usi sunt , tot tamque diuersae iam existente eruditorum opiniones , ut satis mirari non possum hanc nouam opinio[n]is notio[n]e adiectionem . Persimilis dudum , Dorismis , Chaldaismis , Syriasmis , Chaldaeo - Syriasmis , Latinismis , Rabbinismis , forma dicendi hebraizante , hellenistica , pure graeca , dudum multi perperam N. T. depravare penitusque immutare conati sunt . Conf. ERNESTI Inst. Int. p. 38. sqq. nec non p. 190 sq. de Philosophia ; & de Pauli stilo Diff. Inaugur. S. R. atque Exc. D. Prof. Imm. HOFFMANNI 1757. ed. Dogmaticas Dammii hypotheses quod adtinet , tam sunt illae absurdæ & inaneæ , ut unam alteramur carum adlegasse sufficerit . Die Sache der chrisflichen Religion ist nicht auf Begebenheiten , sondern auf die praktisch und mit herrlichen Hoffnungen bereichert Lere Iesu und seiner Apostel gebauer : die Religion muß durchaus für iedermann fasslich und für iedermann nutzbar seyn ; sonst ist sie falsch ; die chrisfliche Religion ist durchaus praktisch ; in den Schriften dieser Religion können keine Dunkelheiten seyn ; die chrisfliche Religion ist keine andere , als die aufgeklärete ächte natürliche Religion , die mit kräfzigen Beweigründen und mit berrlichen Hoffnungen bereichert und für das ganze menschl. Geschlecht goettlich autorisirte sind ; die Religion muß noch viel vveniger Widersprüchen ausgezezen seyn , als die Regeln der Rechen- und Meßkunst ; die Beobachtung der Gesetzes der Natur uebst der Hoffnung zu Gott ist die einzige Religion ; Christus solte ein allgemeiner und reiner goettlicher Lerer seyn , als Moses war , folglich mußte auch seine Lere fasslich und anmenlich für alle Voelker , für geleerte und ungelerte , und der menschlichen Seele recht gemäß seyn ; im Christenthum sind keine Geheimnisse ; die Lere Iesu ist in sich goettlich und bedarf keiner menschlichen Autoritäet , so vvenig als die geometrischen Warbeiten des Anschens eines Euclides bedürfen : sie ist auch in sich so einfach , als alle norwendige Warbeiten , sie hat nicht das geringste willkürliche ; alle waare Religions - Lere muß im acsuersten Grade einfältig seyn , damit jedermann , er sey so schwach als er wolle , sie begreifen , und ihre Nuzharkeit sogleich einsehen , koenne : was sollen die meisten Menschen mit unbegreiflichen , oder auch nur kraulen , Leren machen ? mit sogenannten allerbelüstigsten Religions - Geheimnissen ? die Religion ist zur Nutzung und zur Ausübung und zum Troste da : daher muß sie eben so vwenig Geheimnisse

heimnisse haben, als das Einmal-Eines; Leren, die supra rationem sind, finden wir in den Schriften der Apostel keine; uns sind nun alle Geheimnisse wohl deutlich und hochst vernünftig; die Welt muß jetzt nichts als vernünftiges glauben dürfen. Talia omnino dogmata qui in Scriptura Sacra quaerit, nse is, quidquid sanum est in interpretandi praeceptis, abiiciat atque ciuert, necesse est.

## §. XL.

Succedat alterum momentum, nimur agendi ratio, quam nullibi non adhibet Damnius, quaque & mentem eius prodit, & opere eius nefando non est indigna. Doctrinas, quarum praecipius auctor est Iesus Christus ipse Eiusque legati diuinitus instructi, sanctissimas importunitatis & maxime injuriosis contumelias addicit: Aber-glauben, Sazungs-Kram, unfruchtbare Geheimnisse, Gotteslaesterungen, grimmige Orthodoxie, schwermütige Grillenfaengrey, finstere Worre, wider alle Vernunft anstossende Sache, ungedenkbare, ja gotteslaestliche Glaubens-Artikel, Unbegreiflichkeit- oder Geheimniß-Grübeleien, &c. sunt ea nomina, quibus saluberrimas doctrinas de redemtione per sanguinem Iesu Christi pro hominibus effusum facta, de fide in I. C. ut verum atque aeternum Deum, de Sacramentis baptismi & Sacre Coenae, de conuersione, regeneratione, illuminatione, de personalitate ac deitate Spiritus sancti, & id genus alia, blasphemare audet. Non itaque est, quod miremur, doctores harum veritatum caelestium, tum antiquissimos, quos Patres vocamus, tum recentiores ac modernos, turpissime ab eo perstringi. Schwachdenkende, Milzfürchte, Geheimnißmacher, neue Aberglaubens-Stifffier, die mehr aus Christo machen als er seyn vwill und soll, theologische Pedanten von grimmiger Art, Professions-Schrifsteller, rhetorisirende und gedanken-loß-jezzende und schwätzende, falsche Sazungs-Meister, finstere und stolze Geheimniß-Prediger, recht verderbliche und verrückte Glaubendichter und Deuter, unvernünftige heilige Kirchenvaeter, Vervirrungs-Stifffier &c. Tales audiunt apud Damnum non hi isti haeretici, sed ii Viri prudentes, pii atque eruditii, qui Spiritu Sancto duce doctrinam Scripturarum venerantur eiusque veritatem agnoscunt & profitentur.

## §. XLI.

Iudicium nunc vel tandem de Damno ipso ferre, licet adeo illud difficile haud foret, ego non audeo. Ex dictis patet, cum cum Arianis & Socinianis, quiue hos & olim & supersecuti sunt, Christi & Spiritus Sancti veram atque aeternam Deitatem negare, cum Pelagianis naturae humanae corruptionem gratiamque Spiritus Sancti applicatricem cum omnibus eius actionibus pro figmento venditare, cum Collinavaticinia, cum Woolstono miracula, cum Tindalio revelationem atque inspirationem Apostolis Scriptoribusque Sacris V. T. factam enarrare, omneque supernaturale euertere ac deridere, cum Beckero & sequacibus spirituum malorum non influxum modo, sed existentiam prorsus, impossibilem plane pronunciare: adeoque Naturalistam, non quidem Philosophicum, verum, quod nomen ex Magnifici Domini PRAESIDIS (quem ut imensa Domini benignitas multos adhuc annos saluum, incolumem, quoouis & bonorum & felicitatis genere ornatum, conseruet, Ecclesiaeque, & Patriae, & Universitatis nostraræ, clementissime indulget, quotidie ego, &, quod sine mendacio adfirmari a me posse certus confido, quam plurimi Academiae ciues, ardenter precamur) preelectionibus Antitheticis didicisse me fatetur, Theologicum esse. Sed satis multa de Damno. Magis multo salutare & longe est iucundius, cogitare & loqui de Iesu Christo, Eiusque Regno exoptatissimo, & cum diuinitus inspirato Vate exclamare: Adrollite portae capita vestra: & efferte vos osfia mundi: rex ut glorioſus intrer. Quis iste rex glorioſus? Iehouah potens & fortis, Iehouah fortis bellator: Iehouah DEVVS exercituum, iste est rex glorioſus. Huius regnum crescat quotidie, augeatur, amplificetur, & in toto terrarum orbe propagetur! Domino Huic Gloriosissimo Vni fit Laus & Honos & Gloria in aeternum!

CLA-



## DISSERTATIONIS HVIVS AVCTORI

S. P. D.

## PRAESES.

**E**x pluribus, quae insignis illa, qua instructus es, eximiae eruditiois copia tibi subministrabat, illud potissimum, quum Ducalis Stipendii leges publicum studiorum tuorum theologicorum specimen poscerent, ad conscribendum Dissertationem argumentum felicissimi, quod temporum nostrorum rationibus in primis accommodatum esse facile omnes vident, qui nouissima profanorum hominum, dum sanctissimas religioni in dies petulantius insultare haud verentur, molimina non ignorant. Damiano systemati illud, puto, maxime proprium est, quod Salvatorem optimum non ea tantum omni, quam Sociniani dudum ei intulerunt, iniuria afficit, sed ei usque proteruias progrereditur, ut Regiam quoque Majestatem ei, quam ipsa Socini familia acerrimi propugnat, nefando auxili detrahant; a craftissimorum empaecturum castis ea una in recedens, quod doctoris manus ei & singularem quandam in instauranda religione naturali, prae veteribus philosophis, praerogativam relinquit. Cumque ipsa illa regia Christi Majestas planissimis omnino atque euidentissimis S. literarum testimoniis nitatur, & tela, quibus Damnus eam oppugnat, pauculae quaedam sint & mere precariis hypothesis & dogmaticae & hermeneuticae, ne in temeritatis quidem suspicionem ullam apud aequos rerum arbitros incidere potes, quod haec maxime in re contra tecum aduersarium ad tuendam Domini nostri gloriam operam tuam (tota enim Dissertatione plane tua est) conferre voluisti. Censuras, quae videri queant severiores, ardenter grauissimae veritatis tuenda studio lubentius condonarem, si amor in me tuus iusto liberalior laudes in me profusas, quas litura mea sustulerat, non repetiisset. Ceterum, talis certe est, ut uno verbo multa complectiar, tota haec Dissertatione tua, ut ne veterano quidem theologo indigna censi possint. Ex animo igitur Tibi publicas has laborum tuorum primitias, potentissimo salutis nostrae vindici pie consecratas, gratulor; Deumque precor, ut Te & complures alios, qui in eodem nunc tecum studio decurrant, amplioribus iudicis Gratiae & Spiritus sui muniberis ita instruat atque exornet, ut officiis publicis iusto tempore admoti contra ἐργα πλάνης, passim mirabiliter iam inuolcentem, gloriam Salvatoris Optimi & illustrare & tueri possitis quam felicissime! Dadi Tubingae d. 12. Sept. A. MDCCCLXV.

Pag. 14. lin. 12. leg. Luc. II. II. Pag. 21. lin. 7. leg. I Cor. XV, 55. §. XVII. lin. 6.  
leg. 1 Tim. VI, 14. Pag. 25. lin. 17 q. leg. Mal. III. IV. Not. (24) lin. 2. leg. editioni.  
Pag. 52. lin. 18. leg. qui nihil &c. §. XXXVI. lin. 9. leg. in se &c.

153516

X 2310927

R



B.I.G.



DISSERTATIO THEOLOGICA DOGMATICO-POLEMICA.

REGIA  
IESV CHRISTI DOMINI  
MAIESTAS

HANC  
CONTRA  
INTERPRETEM N. T. BEROLINENSEM

ADIVVANTE DOMINI SPIRITU  
PERMITTENTE S. VENERANDO THEOLOGORUM ORDINE  
PRAESIDE  
VIRO MAGNIFICO ET REVERENDISSIMO  
DOMINO

IEREMIA FRIDERICO REVSS

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. PRIMARIO, SERENISSIMI WIRTEM.  
BERGIAE DVCIS CONSILIARIO, VNIVERSITATIS TVBINGENSIS  
CANCELLARIO, ECCLESIAE PRAEPOSITO, ET ABBATE

LAVREACENSI,

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO OMNI ET PIETATIS ET  
OBSEQVII CVLTV AETATEM DEVENERANDO

SPECIMINIS LOCO CONSCRIPTAM

IN AVLA NOVA d. XIII. SEPT. 1765.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT  
AVCTOR

IOHANNES SAMUEL HERBORT, *Bietigheimensis*,

PHILOSOPHIAE ET ARTIVM LIBERALIVM MAGISTER,  
SS. THEOLOGIAE CVLTOR, ILLVSTRIS STIPENDII THEOLOGICI  
BIBLIOTHECARIVS.

TVBINGAE  
EX OFFICINA SCHRAMMIANA.